* 30343. — Confirmatur collatio officii taxationis cum papiro curiæ episcopalis Lemovicensis et omnium emolumentorum ad dictum officium pertinentium, quæ ab Helia, electo Lemovicensi, favore Iterii de Malajolis, can. Pictavensis, (cujus Heliæ et progenitorum suorum obsequiis diu servivit), ita ut illud, quoad vixerit, exercere valeat. Inseruntur litteræ collationis datæ Avenione die xx decembris 1324. — I. e. m. Lemovicen. et Engolismensis decanis, atque archid. Petragoricensis ecclesiarum. (*A*. 29, f. 410 b; *V*. 85, ep. 517.)

Ut s. Gr. pro scriptore.

30344. — *Lucæ S. M. in via lata diac. card.* facul. recipiendi resignat. canon. et præb. eccl. Burgen., atque abbatiæ s. Quirici cum præstimoniis in ead. eccl., a Paulo Nicolæ de Spello faciendam. (*A*. 29, f. 394 b; *V*. 85, ep. 554.)

Ut s. T. XXXII.

30345. — *Fulconi de Popia, can. Salamantin., Marchiæ Anconitan. thesaur.*, facul. tabellionatus off. concedendi 3 cler. non conjugatis nec in sacris ord. constitutis. (*A*. 29, f. 131 b; *V*. 85, ep. 1004.)

Ut s. T. XI, XIII.

30346. — *Falqueto de Preyssaco, nato Arnaldi Bernardi de Preyssaco militis*, collat. canon. et præb. eccl. Cameracen., per resignationem Beraudi de Preyssaco per procuratorem apud S. A. vac. — I. e. m. decano B. M. de Usesta, Vasaten. di., et archid. Gamagen. Vasaten., ac Vitali de Ape, can. Agennen. eccl. (*A*. 29, f. 635 a; *V*. 86, ep. 1004.)

Ut s. T. XI, XIII.

30347. — *Arnaldo Bernardi de Preyssaco, nato Arnaldi Bernardi de Preyssaco militis*, collat. canon. et præb. eccl. Xanctonen., ut s. vacantium; non obst. in eccl. Burdegalensi canon. et præb. — I. e. m. ut s. (*A*. 29, f. 636 a; *V*. 86, ep. 1007.)

Ut s. T. XI, XIII.

30348. — *Joanni dicto Manneshonet* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Wildeshusensis, Osnaburgen. di.; non obst. quod benef. c. c. vel s. c. ad collat. ep.i, decani et capit. Verden. expectet. — I. e. m. præp. Buccen., Bremen. di., et archid. de Lo Minden., ac scolast. Tullen. eccl. (*A*. 31, f. 299 a; *V*. 88, ep. 3222.)

Ut s. T. XI, XIII.

30349. — *Nicolao quond Ludolphi dicti Theolonarii Lubicen.* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Slezwicen. — I. e. m. archiep.o Bremen., et Bremen. et Tullen. eccl. scolasticis. (*A*. 31, f. 442 a; *V*. 88, ep. 3570.)

11 (iii id.) *nov. 1327.* T. XX.

30350. — *Carpentoraten. et Regen. ep.is, ac sacristæ eccl. Avinionen.* mand. pro collat. eccl. s. Michaelis de Beccojejuno et s. Eucherii invicem annexarum, ac s. Michaelis de Crave s. c., Aquen. di., nuper per obit. Joannis Galabruni ap. S. A. defuncti prævia reserv. vac., Petro Bajuli; non obst. quod eccl. curatam s. Boneti, capellam Apostolorum de Campiniaco et quamdam annuam pensionem bladi in s. Nicolai de Branchio, Parisien. et Regen. di., et in Apten., Dignen. et Ebredunen. eccl. canonicatus sub exsp. præbendarum obtineat. (*A*. 29, f. 304 b; *V*. 85, ep. 322.)

Datum *Avenione*.

1 (III id.) *nov. 1327*. T. XXIV.

30351. — *Eisdem* mand. ut conferant paroch. eccl. S. M. castri s. Martini, Apten. di., ut s. vacantem, prædicto Petro Bajuli, qui curatam eccl. s. Boneti, Parisien. di., dimissurus est. (*A*. 29, f. 309 [a] et 315 [a]; *V*. 85, ep. 327.)

Ut s. T. XVI.

30352. — *Arnaldo ep.o Ilerden*. facul. testandi. (*A*. 29, f. 298 [b]; *V*. 85, ep. 336.)

Ut s. T. XVI, XVIII.

30353. — *Eisdem* indult. ut canonici eccl. Ilerden., ipsius obsequiis insistentes, fructus præbendarum suarum absque residentia percipere valeant. — I. e. m. Ripæcurtiæ Ilerden. et Urgelleti Urgellen. archidiaconis, ac sacristæ Terraconen. eccl. (*A*. 29, f. 315 [a]; *V*. 85, ep. 337.)

Ut s. T. XI, XIII.

30354. — *Bernardo de Cumbis* collat. canon. sub exsp. præb. et præposituræ nuncupatæ mensatæ eccl. Ilerden. — I. e. m. archid. Urgelleti Urgellen., et Terraconen. ac Barchinonen. sacristis eccl. (*A*. 29, f. 314 [a]; *V*. 85, ep. 338.)

Ut s. T. XI, XIII.

30355. — *Guillermo Lascoutz, nato Stephani Lascoutz, clerico Caturcen.*, gratia exsp. beneficii ecclesiast. s. c. ad abb. et conv. monast. de Moysiaco, Cluniac. ord., Caturcen. di., dispositionem pertin., (100 l. t.) et clericis sæcularibus conferri consueti. — I. e. m. præp. Regen., et archid., ac Pontio Molnerii, can. Caturcen. eccl. (*A*. 29, f. 384 [b]; *V*. 85, ep. 493.)

Ut s. T. XVI.

30356. — *Guillermo Valentin. et Dien. ep.o* facul., ad triennium concessa, reconciliandi per alium ecclesias et cæmeteria violata suarum civitatum et di. (*A*. 29, f. 413 [b]; *V*. 85, ep. 574.)

Ut s. T. XI, XIII.

30357. — *Mathæo, nato Joannis Massaroli de Urbe*, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. basilicæ Principis Apostolorum de Urbe; non obst. in Florentin. et Veronen. eccl. canon. sub exsp. præbendarum. — I. e. m. abbati monast. s. Pauli de Urbe, et Francisco Gratiæ, Perusin., cap. PP., ac s. Eustachii de dicta Urbe eccl. archipr.is. (*A*. 29, f. 462 [a]; *V*. 85, ep. 660.)

Ut s. T. XI, XIII.

30358. — *Napoleoni, nato quond. Raynerii de Rippa*, gratia exsp. benef. ecclesiastici s. c. (50 flor. auri) vel c. c., ad archiep.i, capit. atque cantoris Ravennaten. dispositionem pertin.; non obst. mansionaria eccl. Bononien., et canon. ac præb. plebis s. Stephani de Rodigio, Adrien. di., modicissimi valoris et ex qua nihil percipit propter guerras et rebelliones illarum partium. — I. e. m. s. Stephani et s. Proculi Bononien. monast. abbatibus, ac mag. Jacobo de Mutina, scolast. eccl. Tullen., cap. PP. (*A*. 29, f. 537 [a]; *V*. 85, ep. 827.)

Ut s. T. XI, XIII.

30359. — *Petro Guillelmi Terrafini, licentiato in jure canonico*, prov. archipresbyteratus eccl. Ferrariensis, per promotionem b. m. ep.i Tricaricensis apud S. A. vacantis, etiam si cura animarum ei incumbat; non obst. quod Bonalbergus de Ferraria, cler. Ferrariensis, virtute collationis ei factæ ab ep.o Ferrariensi post et contra apost. reservationem, dictum archipresbyteratum obtineat. — I. e. m. s. Stephani, s. Proculi ac s. Felicis Bononien. monasteriorum abbatibus. (*A*. 29, f. 621 [b]; *V*. 85, ep. 998.)

Ut s. T. XXIV.

30360. — *Prædictis mandatariis* committitur ut conferant canon. et præb. eccl. Tervisinæ, per obitum Petri s. Angeli diac. card. apud S. A. defuncti vacantia, Paulo, nato Joannis Terrafini, can. præbendario eccl. s. Nazarii, Mediolanen. di., ac beneficiario clericali in eccl. s. Blasii de Tresentola, Bononien. di. (*A*. 29, f. 622 [a]; *V*. 85, ep. 999 A.)

Ut s. T. XXIV.

30361. — *Eisdem* mand. pro collat. canon. et præb. eccl. Tridentin., ut s. vacantium, Philippo, nato Mathiolis de Becchadellis, cler. Bononien. (*A*. 29, f. 633 [a]; *V*. 86, ep. 1000.)

Ut s. T. XXIV, XXVI.

30362. — Reservantur canon. et præb. in eccl. Bononien. primo vacatura, archipresbyteratui ejusdem eccl. perpetuo unienda. — I. e. m. s. Stephani, s. Proculi ac s. Felicis Bononien. monast. abbatibus. (*A*. 30, f. 2 [b]; *V*. 86, ep. 1092.)

Datum *Avenione*.

11 (III id.) nov. *1327*
T. XI ½, XIII ½.

30363. — *Ugo de Urbeveteri* gratia exsp. canon. et præb. eccl. Cameracen., per reservationem seu laycationem Napoleonis Laurentii Statii de Urbe in brevi vacaturorum, non obst. in Remen. canon. et præb. ac in Ambianen. eccl. canon. sub exsp. præb.; cassatur autem collatio (cujus litteræ nondum confectæ sunt) canon. sub exsp. præb. eccl. Melden. — I. e. m. ep.o Paduan., et abbati monast. s. Auberti (*reg.* Uberti) Cameracen., ac Jordano de filiis Ursi, can. Paduan. (*A.* 30, f. 89 a; *V.* 86, ep. 1286.)

Ut s.
T. XI.

30364. — *Ep.o et capit. Burgen.* conc. ut per aliquas litt. A. S. vel legatorum ejus super gratiis de cætero faciendis de canonicatibus et præb., ac dign., personatibus, vel off. eccl. Burgensis, vacantibus vel vacaturis, cum præstimoniis cedentis vel decedentis, non intelligatur aliquatenus derogari concessioni per Clementem PP. IV factæ et postmodum per PP. innovatæ, scilicet quod modo quo supra provisi non possint prætendere aliqua præstimonia nisi præstimonia quæ cedens vel decedens obtinebat. (*A.* 30, f. 312 b; *V.* 86, ep. 1710.)

12 (II id.) *nov. 1327.*
T. XVI.

30365. — *Priori de Alsona Tolosan., et præp. atque archid. Veterismoresii, ejusd. Tolosan. eccl.*, mand. pro collat. prioratus de Odartio et de s. Amalonia, O. S. A., Tolosan. di., per matrim. Raymundi Guillermi de Sauviaco ap. S. A. prævia reserv. vac., Bernardo de Sabalthano, can. et eleemosynario eccl. Tolosan., dicti ord., qui off. eleemosynariæ dimissurus est; cassa sit gratia exsp. benef., vel off., aut personatus vel dign. c. c. vel s. c. per canonicos eccl. Tolosanæ consueti vel consuetæ gubernari. (*A.* 29, f. 298 a; *V.* 85, ep. 304.)

Ut s.
T. XI, XIII.

30366. — *Nicolao Petri Martini de Urbe* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Grisogoni de Transtiberim, de dicta Urbe. — I. e. m. mag. Raynaldo de filiis Ursi, archid. de Campinia Leodien., not. PP., et archipr. S. M. Rotundæ de Urbe, et Angelo Petri Mathæi, can. Coronen. eccl. (*A.* 29, f. 294 b; *V.* 85, ep. 328.)

Ut s.
T. XI, XIII.

30367. — *Laurentio Pauli Pecudis de Urbe* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Petri ad Vincula de eadem Urbe. — I. e. m. ut s. (*A.* 29, f. 316 a; *V.* 85, ep. 335.)

Ut s.
T. XI, XIII.

30368. — *Hermanno de Orlavainde* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. in Monte s. Virgilii in Wrizaco, Salzburgen. di. — I. e. m. abb. monast. Scotorum in Wienna, Patavien. di., et mag. Jacobo de Mutina, Cameracen., atque Andreæ Stephani de Lubzege, Lubicen. canonicis eccl. (*A.* 29, f. 318 a; *V.* 85, ep. 365.)

Ut s.
T. XI, XIII.

30369. — *Joanni dicto Nordewyn* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Beronen., Constantien. di.; non obst. paroch. eccl. in Bissingen., et canon. ac præb. eccl. Zovingen., Constantien. di. — I. e. m. abb. monast. in Weting, et præp. eccl. Ymbriacen., Constantien. di., ac plebano plebis s. Stephani Constantien. (*A.* 29, f. 318 b; *V.* 85, ep. 366.)

Ut s.
T. XI, XIII.

30370. — *Ulrico, nato Henrici dicti Salmarini*, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Zurciacen., Constantien. di. — I. e. m. abb. monast. de Salem, Constantien. di., et decano Constantien., ac Jacobo de Mutina, can. Cameracen. eccl. (*A.* 29, f. 329 b; *V.* 85, ep. 419.)

Ut s.
T. XVI.

30371. — *Hugoni de Mirabello*, præp. eccl. Mimaten., cap. PP., facultas testandi. (*A.* 29, f. 347 b; *V.* 85, ep. 462.)

Ut s.
T. XIV, XVI.

30372. — *Oliverio de Aquilerio*, in 24° anno tantum ætatis suæ constituto, collat. canon. sub exsp. præb. ac dign., vel personatus seu off. eccl. Lodoven., cum dispens. super defectu ætatis. — I. e. m. archid. Uticen., et Valentino de Mirabello ac Petro de Vidalhano, can. Nemausen. eccl. (*A.* 29, f. 417 b; *V.* 85, ep. 534).

Ut s.
T. XI, XIII.

30373. — *Lupo Petri de Fontecha* gratia exsp. dign., vel personatus seu off. c. c. vel s. c. cum præstimoniis in eccl. Burgen.; non obst. in ead. Burgen. et Palentin. canonicatibus et præbendis cum certis præstimoniis, de voluntate Papæ non hic ex-

Datum *Avenione.*

pressis, necnon in Seguntin. integra, et in Calaguritan. cum præstimonio de Trigo et Vallisoleti, Palentin. di., eccl. dimidiis perp. portionibus; abbatiam vero curatam de Cervatis in præfata Burgen. eccl. dimittere tenetur. — I. e. m. decano Elboren., et archid. de Carrien., ac Joanni Sancii de Mena, can. Palentin. eccl. (*A*. 29, f. 402 [b]; *V*. 85, ep. 559.)

2 (II id.) *nov. 1327.* T. XL.

30374. — *Garsiæ ep.o Burgen.* facul. compellendi capit. eccl. Burgen. ad ministrandum duobus ex ejusd. capituli canonicis, ab ipso eligendis et ejus obsequiis insistentibus, fructus præbendarum quas obtinent juxta sacros canones; non obst. statuto vel consuetudine in contrarium facientibus. (*A*. 29, f. 449 [b]; *V*. 85, ep. 640.)

Ut s. T. XX.

30375. — *Hugonii de Colubreriis, præp. eccl. Aquen.*, facul. dandi in emphyteusim perpetuam nonnullas possessiones ad præposituram suam pleno jure spectantes. (*A*. 29, f. 461 [b]; *V*. 85, ep. 656.)

Ut s. T. XXIV.

30376. — Universis Christi fidelibus præsentes litt. inspecturis indulg. unius anni visitantibus sæcularem eccl. ss. undecim millium virginum, in civit. Colonien constructam, in festo dictarum virginum, et 40 dierum per octavam. (*A*. 29, f. 458 [a]; *V*. 85, ep. 693.)

Ut s. T. XX.

30377. — *Garsiæ ep.o Burgen.* facultas reservandi suæ collationi in eccl. sua Burgen. pro uno ex canonicis ipsius eccl. unam dign., seu personatum vel off. c. c. vel s. c. (*A*. 29, f. 487 [b]; *V*. 85, ep. 729.)

Ut s. T. XI, XIII.

30378. — *Joanni de Monticulo* collat. canon. sub exsp. præb. sæcul. eccl. s. Geyrtrudis Nivellen., Leodien. di. — I. e. m. s. Georgii Colonien. et s. Pauli Leodien. decanis, ac mag. Busolo de Parma, cap. PP., can. Tornacen. eccl. (*A*. 29, f. 502 [a]; *V*. 85, ep. 754.)

Ut s. T. XI, XIII.

30379. — *Joanni Sancii de Godos* collat. paroch. eccl. de Odon, Cæsaraugustan. di., (30 l. t.) per assecutionem a Gondisalvo Bonihominis, PP. cap., factam de archidiaconatu Benascen. in eccl. Ilerden., ipsi auct. apost. collato, vac. — I. e. m. sacristæ, et Benedicto de Puteo, Cæsaraugustan., ac Nicolao de Teramo, Aquinaten. canonicis eccl. (*A*. 29, f. 526 [a]; *V*. 85, ep. 798.)

Ut s. T. XI, XIII.

30380. — *Mag. Bernardo de Casa, S. A. cap.*, collat. subdecanatus eccl. s. Martini Turonen., per obit. mag. Roberti de Vernone, ejusdem Sedis cap., ap. eamd. Sedem vac.; non obst. in ead. s. Martini eccl. canon. et præb. — I. e. m. decano Parisien., et archid. Figiacen. Caturcen., ac Joanni Rousselli, can. Bajocen. eccl. (*A*. 29, f. 655 [a]; *V*. 86, ep. 1026.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

30381. — *Miloni de Donziaco*, in utroque jure licentiato, gratia exsp. dign., seu personatus vel off. c. c. vel s. c., ad cujuscumque collationem pertin., in eccl. Nivernensi cujus existit can. præbendarius; non obst. canon. et præb. eccl. s. Martini de Franayo, Nivernen. di., et capellania b. Stephani domus episcopalis Nivernen., quæ propter suorum tenuitatem reddituum pro decima nihil solvere consueverunt. — I. e. m. abbati monast. s. Martini Nivernen., et s. Petri de Monasterio Nivernen. ac de Caritate, Autisiodoren. di., prioribus. (*A*. 30, f. 239 [a]; *V*. 86, ep. 1513.)

Ut s. T. XI, XIII.

30382. — *Petro de Molinis, can. eccl. Uticen., O. S. A.*, gratia exsp. beneficii c. c. vel s. c., etiamsi dign., vel personatus, seu prioratus, aut off. vel administr. fuerit, ad collat. ep.i, præp. et capit. Uticen. pertin., et per can. dictæ eccl. gub. soliti, in dicta eccl., seu civit. vel di. Uticen. — I. e. m. Avenionen. et Nemausen. eccl. præpositis, ac Aimerico Gerardi, archid. Elnen., cap. Papæ. (*A*. 30, f. 313 [b]; *V*. 86, ep. 1711.)

Ut s. T. XI, XIII.

30383. — *Ditrico de Leuben*, rectori paroch. eccl. de Litschow, Patavien. di., prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Pataviensis. — I. e. m. Medelicen. et Chotwicen., Pa-

Datum *Avenione.*

tavien. di., monast. abbatibus ac mag. Nicolao de Fractis, can. Gaietan., litt. apost. correctori. (A. 31, f. 340 [a]; V. 87, ep. 2298.)

12 (II id.) *nov. 1327.* T. XXIV. — **30384.** — *Eidem* indult. ut confessor omnium peccatorum suorum plenam remissionem, semel tantum in mortis articulo, ipsi concedere valeat. (*A.* 31, f. 335 [b]; *V.* 88, ep. 3301.)

Ut s. T. XXIV. — **30385.** — Indulg. conceditur visitantibus capellam in honorem b. Ludovici ep.i et confessoris in Wienna, Patavien. di., a n. m. Elizabet uxore n. v. Friderici Austriæ et Stiriæ ducis fundatam, c videlicet in festivitatibus ejusd. sancti, XL vero dierum in earum octavis. (*A.* 31, f. 336 [b]; *V.* 88, ep. 3302; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 334, n. 688.)

Ut s. T. XI, XIII. — **30386.** — *Jacobo de Reichenau, cler. Salzeburgen. di.*, gratia exsp. benef. sæcul. (c. c. 20 vel s. c. 15 march. arg.), ad collat. abb. et conv. monast. Medlicen., O. S. B., Patavien. di. — I. e. m. s. Crucis et cellæ S. M. monast. abb., Patavien. di., ac Nicolao de Fractis, can. Patracen., litt. apost. correctori. (*A.* 31, f. 339 [b]; *V.* 88, ep. 3303.)

Ut s. T. XX. — **30387.** — *N. m. Elizabet, n. v. Frederici Austriæ et Stiriæ ducis uxori*, indult. celebrare faciendi in locis interdicto suppositis. (*A.* 31, f. 335 [b]; *V.* 88, ep. 3304.)

Ut s. T. XI, XIII. — **30388.** — *Friderico de Mistelbach, cler. Patavien. di.*, gratia exsp. benef. sæcul. (c. c. 20 vel s. c. 15 march. arg.), ad collat. abbatis et conv. monast. Altemburgen., O. S. B., Patavien. di. — I. e. m. Medlicen., et Scotorum in Wienna, Patavien. di., monast. abb., ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen., litt. apost. correctori. (*A.* 31, f. 396 [b]; *V.* 88, ep. 3440.)

Ut s. T. XI, XIII. — **30389.** — *Frederico de Leuben, cler. Salzeburgen. di.*, gratia exsp. benef. sæcul. c. c., (vel s. c. 15 march. arg.), ad collat. abbatis et conv. monasterii Campililiorum, ord. Cistercien., Patavien. di. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 396 [b]; *V.* 88, ep. 3441.)

Ut s. T. XI, XIII. — **30390.** — *Rudolfo dicto Bohemo de Wienna, cler. Patavien. di.*, gratia exsp. benef. sæcul. (c. c. 20 vel s. c. 15 march. arg.), ad collat. abbatis et conv. monast. s. Lamberti. O. S. B., Salzeburgen. di. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 397 [b]; *V.* 88, ep. 3442.)

13 (id.) *nov. 1327.* T. XI, XIII. — **30391.** — *Thomæ de Buyo* collatio canon. sub exsp. præb. eccl. Austrigisili de Castro Bituricen. — I. e. m. decano B. M. Medii Monasterii Bituricen., et præp. Evonen., Lemovicen. di., ac cantori Petragoricen. eccl. (*A.* 29, f. 326 [b]; *V.* 85, ep. 426.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½. — **30392.** — *Raymundo de Salgis, D. D.*, collatio canon. et præb. eccl. Turonen., per resignat. a Joanne de Palliano ex causa permutationis pro eccl. s. Mauritii, Aquinaten. di., factam vacantium, non obst. in eccl. Aurelianen., et Oveten., ac Dauraten., Lemovicen. di., canonicatibus et præbendis, atque in Cameracen. eccl. canonicatu sub exsp. præb., et provisione facta ipsi ab ep.o Cassinen. de eccl. s. Mauri de Nuceria, Salernitan. di., ad hujus collat. spectante. — I. e. m. archid. Figiacen. Caturcen., et Chalberto Barravi, Autisiodoren., ac Sobirano de Bellocastro, Carnoten. canonicis eccl. (*A.* 29, f. 348 [b]; *V.* 85, ep. 445.)

Ut s. T. XI, XIII. — **30393.** — *Martino Garcesii de Cevera* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Tirasonen.; non obst. paroch. eccl. de Denia et quadam portione in eccl. s. Jacobi de Luna, Valentin. et Cæsaraugustan. di. — I. e. m. archiep.o Terraconen., et majori ac Belchiten. archid.is eccl. Cæsaraugustan. (*A.* 29, f. 469 [a]; *V.* 85, ep. 683.)

Ut s. T. XI, XIII. — **30394.** — *Bernardo Roqueta* collat. canon. sub exsp. præb., etiamsi sacerdotalis existat, eccl. Claromonten.; non obst. in Anicien. canon. et præb., et in s. Pauli Narbonen. eccl. quodam ecclesiast. benef. s. c., subdiaconatu vulgariter nuncupato, necnon benef. ecclesiast. c. c. vel s. c., ad collat. ep.i Uticen. — I. e. m. monast.

Datum *Avenione*.

Sergii Andegaven. di., et Claromonten. abbatibus, ac præp. Anicien. eccl. (A. 30, f. 90 [a]; *V*. 87, ep. 2275.)

13 (id.) *nov. 1327.* T. XI, XIII.

30395 — *Joanni de Palliano* collatio eccl. s. Mauritii, Aquinaten. di., vac. per resignat. Raimundi de Salgis, ex causa permutationis cum canon. et præb. eccl. Turonen. ap. S. A. sponte factam. — I. e. m. ep.o Cassinen., et Fulconi de Popia, thesaur. Andegaven., ac Guillelmo de Conquosio, can. Aquen. eccl. (*A*. 31, f. 372 ; *V*. 88, ep. 3381.)

Ut s. T. XXIV.

30396. — *Abb. monast. Fuxen., Appamiarum di., et Germano de Castronovo archid. ac officiali Appamiarum* mand. ut Guillelmo de Calmellis conferant quasdam decimas consuetas in perp. benef. clericis sæcul. assignari, in villa de Variliis Appamiarum di., vac. per obitum mag. Arnaldi de Villario; non obst. in Narbonensi canon., præb. et archidiac. Redden., et in Carnoten. eccl. canon. sub exsp. præb. et dign., vel off., seu personatus, aut benef. (*A*. 31, f. 405 [b]; *V*. 88, ep. 3463.)

14 nov. 1327. (XVIII kal. dec.) T. XI, XIII.

30397. — *Martino Ferrandi de Castro* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Tirasonen. — I. e. m. Gondisalvo Bonihominis, archid. Benacen. Ilerden., cap. PP., et Rogerii de Ayuvar, sacristæ, et Benedicto de Puteo, can. Cæsaraugustan. eccl. (*A*. 29, f. 350 [a]; *V*. 85, ep. 402.)

Ut s. T. XI, XIII.

30398. — *Eximino Garcez de Sesse* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Tutelan., Tirasonen. di.; non obst. paroch. eccl. de Villanova et quadam perp. portione in eccl. de Alagona, Cæsaraugustan. di. — I. e. m. Gundissalvo Bonihominis, Benascen. Ilerden., cap. PP., et Gondisalvo Czapata, Tirasonen. archid.is, ac Ferrando Didaci, sacristæ ejusd. Tirasonen. eccl. (*A*. 29, f. 349 [b]; *V*. 85, ep. 403.)

Ut s. T. XII, XIV.

30399. — *Fernando Roderici de Gauna* collat. archidiac. eccl. Calaguritan. et præstimoniorum in ead. eccl. et di. Calaguritan., per consecrat. Joannis ep.i Mindonien. ap. S. A. vac.; non obst. in Calaguritan. et Ispalen. eccl. canonicatibus et præb. cum quibusdam præstimoniis de voluntate Papæ non hic expressis, atque in dicta di. Calaguritan. quodam præstimoniali perp. benef. atque in Burgen. eccl. canon. sub exsp. præb. et præstimoniorum; archidiac. vero de Visacazia in præfata eccl. Calaguritan. dimittere tenetur. — I. e. m Lupo Petri, et abbati de Cervatis, Burgen., ac Martino Eximini, can. Palentin. eccl. (*A*. 29, f. 374 [a]; *V*. 85, ep. 479.)

Ut s. T. XI, XIII.

30400. — *Joanni de Pedrola, cler. Cæsaraugustan. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t.) ad archiep.i Cæsaraugustan. dispositionem pertin. in civit. vel di. Cæsaraugustan. — I. e. m. Gondisalvo Zapata, archid., et Ferrando Didaci, sacristæ Tirasonen., ac Nicolao de Teramo, can. Aquinaten. eccl. (*A*. 29, f. 466 [b]; *V*. 85, ep. 684.)

Ut s. T. X, XII.

30401. — *Ep.o Colimbrien., et archid. Portugalen., ac Petro de Meonaco, can. Caturcen. eccl.*, mand. pro collat. canon. et præb. eccl. Ulixbonen., per obitum Raymundi Aymerici nuper vac., Guidoni Navarræ, cler. Lemovicen. di. (*A*. 29, f. 508 [a]; *V*. 85, ep. 767.)

Ut s. T. XI, XIII.

30402. — *Natali de Gudal* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Oscen.; perp. autem portionem in ead. eccl. dimittere tenetur. — I. e. m. archid. s. Gratiæ Oscen., et sacristæ Ilerden., ac Raimundo Januarii, can. prædictæ Oscen. eccl. (*A*. 29, f. 625 [b]; *V*. 85, ep. 987.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

30403. — *Manueli, nato quond. Andreæ de Flisco*, collatio canon. sub exsp. præb. cum supplemento, necnon dign., seu personatus aut off. c. c. vel s. c. eccl. Trajecten., dummodo dignitas major post episcopalem non existat; non obst. in Atrebaten. canon. et præb., atque in Januen. canon. sub exsp. præb., ac reserv. canon. et præb. quæ Hector de Flisco in Saresbirien. eccl. obtinet, cum per matrim. ab ipso contra-

Datum *Avenione*.

hendum vacaverint; paroch. autem eccl. de Paulesholte, Saresbirien. di., dimittere tenetur. — I. e. m. abbati monast. s. Pauli, et decano s. Salvatoris Trajecten., ac mag. Petro de Verulis, præp. Titulen., Colonien. di., eccl., script. PP. (*A*. 30, f. 128 b; *V*. 86, ep. 1395.)

14 nov. 1327. (xviii kal. dec.) T. XXIV. **30404.** — *Blanchæ Infantissæ*, priorissæ monast. de Sexena per priorissam soliti gub., ord. hospitalis s. Joannis Jerosolimitani, Ilerden. di., indult. ut confessor omnium suorum peccatorum plenam remissionem semel tantum in mortis periculo ei impertiri valeat. (*A*. 30, f. 516 a; *V*. 87, ep. 2267.)

Ut s. T. XXIV. **30405.** — *Guillelmæ de Urrea*, moniali prædicti monasterii, indult. simile. (*A*. 30, f. 516 a; *V*. 87, ep. 2268.)

Ut s.[1] T. XI, XIII. **30406.** — *Joanni nato Joannis dicti Aupatrix* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Trinitatis Catalaunen., supplic. decano et capit. eccl. Catalaunen., ad quos in dicta eccl. s. Trinitatis canonicatum et præb. collatio de antiqua consuetudine pertinere dicitur. — I. e. m. mag. Rainaldo de filiis Ursi archid. de Campinia in eccl. Leodien., Papæ not., et s. Petri ad Montes Catalaunen., ac Omnium Sanctorum in Insula monast. abbatibus. (*A*. 31, f. 309 a; *V*. 88, ep. 3242.)

15 nov. 1327. (xvii kal. dec.) T. XI, XIII. **30407.** — *Bernardo de Petra Sancti Martini, presb. Tutellen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t.) ad ep.i Tutellen. dispositionem pertin. in civit. vel di. Tutellen.; non obst. quadam capellania seu perp. vicaria in eccl. de Brou, s. Flori di., s. c. (10 l. t.) — I. e. m. præp. Avinionen., et Geraldo de Lalo, Claromonten., et Olivario de Cerzeto, Æduen. can. eccl. (*A*. 29, f. 247 a; *V*. 85, ep. 246.)

Ut s. T. XI, XIII. **30408.** — *Garino de Canilhiaco* collat. canon. sub exsp. præb., ac dign., vel personatus seu off. c. c. vel s. c. eccl. Bituricen. — I. e. m. ep.o s. Papuli, et priori de Chiriaco, Mimaten. di., atque archid. de Flavigneyo in eccl. Æduen. (*A*. 29, f. 276 a; *V*. 85, ep. 280.)

Ut s. T. XI, XIII. **30409.** — *Philippo de Ancilla* collatio canon. sub exsp. præb. eccl. Florentin. per obit. Philippi Sapiti, S. A. cap., apud eamdem Sedem defuncti, vacantis; non obst. prioratu sæculari eccl. s. Petri Scheradii Florentin., et canon. sub exsp. præb. eccl. Lichefelden. — I. e. m. mag. Rainaldo de filiis Ursi, archid. de Campinia in eccl. Leodien., not. PP., et abbati monast. s. Salvi prope Florentiam, ac priori plebis de Fagna, Florentin. di. (*A*. 29, f. 290 a; *V*. 85, ep. 314.)

Ut s. T. XI, XIII. **30410.** — *Duranto Foresterii, cler. Mimaten. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Mimaten., ad collat ep.i et capit. Mimaten. — I. e. m. ep.o s. Papuli, et abbati monast. s. Salvatoris Anianæ, Magalonen. di., atque Guillermo de Clujonis, can. Mimaten. (*A*. 29, f. 349 b; *V*. 85, ep. 398.)

Ut s. T. XI, XIII. **30411.** — *Petro Martini, cler. Corduben.*, gratia exp. portionis eccl. Corduben. cum præstimoniis et præstimonialibus portionibus. — I. e. m. decano Elboren., et de Xericz ac de Ecya Ispalen. archidiaconis eccl. (*A*. 29, f. 406 a; *V*. 85, ep. 563.)

Ut s. T. XXX. **30412.** — *Ep.o Olorensi, et abbati monast. Deivillæ, Aquen. di., ac Petro de Bellovidere, can. Oloren.*, mand. pro collatione quorumdam perp. benef. ecclesiast., diaconatus et subdiaconatus de Monteforti et de Finibus vulgariter nuncupatorum, Aquen. di., Auxitanæ provinciæ, consuetorum clericis sæcul. assignari, (12 l. t. parvorum insimul) per obit. Raymundi de Benqueto cler. nuper ap. S. A. defuncti vac., Arnaldo de Fabrica, can. Bajonen. et rectori s. Stephani de Solidis, dictæ di. (*A*. 29, f. 416 a; *V*. 85, ep. 570.)

1. Reg. Vat. = xviii kal. septembris.

Datum *Avenione.*

15 nov. 1327. (xvii kal. dec.) T. XI, XIII. **30413.** — *Madio, nato Mathæi Costantini de Barolo, cler. Tranen. di.*, gratia exsp. unius vel duorum benef. ecclesiast. s. c. (40 unc. auri) ad ep.i Botontin. dispositionem pertin., in eccl., civit. vel di. Botontin. — I. e. m. ep.o Vigilien., et archipr. Fogetan., Trojan. di., ac Gerardo de Lalo, cap. PP., can. Claromonten. eccl. (*A*. 29, f. 447 b; *V*. 85, ep. 628.)

Ut s. T. XI, XIII. **30414.** — *Guillermo, nato Hugonis dicti Porcelat*, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Bisuntin.; non obst. in eccl. B. M. Magdalenes Virdunen. canon. et præb. — I. e. m. s. Vincentii Bisuntin. et de Bellavalle, Bisuntin. di., monasteriorum abbatibus, ac mag. Petro de Vigono, can. Taurinen., scriptori PP. (*A*. 29, f. 456 b; *V*. 85, ep. 641.)

Ut s. T. XI, XIII. **30415.** — *Vitali Vassalli* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Frontonis Petragoricen. — I. e. m. majori et Figiacen. Caturcen. archid.is, ac sacristæ sæcul. B. M. de Capdroto, Sarlaten. di., eccl. (*A*. 29, f. 459 b; *V*. 85, ep. 645 A.)

Ut s. T. XI, XIII. **30416.** — *Petro Regafredi, cler. Caturcen. di.*, gratia exp. benef. ecclesiast. (c. c. 100 vel s. c. 40 l. t.) ad ep.i Ruthenen. dispositionem pertin., in civit. vel di. Ruthenen. — I. e. m. præp. Mirapiscen., et Jensellino de Cassanhis, Biterren., atque Olivario de Cerzeto, Æduen. can. eccl. (*A*. 29, f. 498 b; *V*. 85, ep. 709.)

Ut s. T. XX. **30417.** — *Ep.o Oloren., et abb. monast. Deivillæ, Aquen. di., ac Petro de Bellovidere, can. Oloren.*, mand. pro collat. paroch. eccl. s. Stephani de Solidis, Aquen. di., provinciæ Auxitan., per assecutionem a Michaele de Manibus factam de paroch. eccl. S. M. de Cunhis in Rupella, Xanctonen. di., ipsi a PP. collata, vac., Arnaldo de Fabrica, can. Bajonen. (*A*. 29, f. 483 b; *V*. 85, ep. 715.)

Ut s. T. XI, XIII. **30418.** — *Thiderico de Warendorp* collat. canon. eccl. Tarbaten., sub exp. præb. puerilis, per assecutionem a Nicolao de Dolan faciendam de præb. majoris ipsius eccl., ipsi a PP. reservata, in brevi vacaturæ. — I. e. m. Bremen., Lubicen. atque Hamburgen., Bremen. di., scolasticis eccl. (*A*. 29, f. 496 a; *V*. 85, ep. 744.)

Ut s. T. XI, XIII. **30419.** — *Raynaldo Corradino* collat. canon. sub exsp. præb. non sacerdotalis eccl. Alatrin.; non obst. quod in eccl. s. Stephani Alatrin. clericus cum modico beneficio ac rector eccl. S. M. de Interjectis, Ferentinaten. di., existat. — I. e. m. ep.o Ferentinaten., et s. Andreæ ac s. Januarii sæcul. eccl. Alatrin. abbatibus. (*A*. 29, f. 567 a; *V*. 85, ep. 885.)

Ut s. T. C. **30420.** — *Verulan. et Ferentinat. ep.is, atque abbati sæcul. eccl. s. Stephani Alatrin.* mand. pro unione ruralium eccl. s. Angeli de Formis, s. Angeli de Gualto, s. Gregorii, s. Calixti, s. Angeli de Montesicco, s. Georgii et s. Leonardi de Casagentia sitarum infra territorium civit. Alatrin., ac s. Silvestri de Tecclena, s. Joannis de Vico, s. Petri de Guarcino et s. Benedicti de Turre, Alatrin. di., ad ep.i et capit. Alatrin. collationem spectantium (200 flor. auri insimul), facienda favore eccl. Alatrin. propter damna per eam passa ob dirutum ab olim Geraldo de Valle, Campaniæ Maritimæque rectore, quoddam fortalitium, Civita nuncupatum, cum omnibus mænibus et domibus ejusdem in ead. civit. situm, in quo prædicta ecclesia antiquissimo opere constructa consistebat. (*A*. 30, f. 27 a; *V*. 86, ep. 1145.)

Ut s. T. XXII. **30421.** — *Archiep.o Theban., et abbati monast. s. Sabæ, ac priori S. M. Novæ, de Urbe*, mand. ut Nicolao, nato Petri dicti de Mediolano, de Anibalden., mil., cler. de Urbe, conferant canon. et præb. sæcul. eccl. ss. Joannis et Pauli de Urbe, vac. per obitum in illis partibus Nicolai Campazani. (*A*. 30, f. 379 b; *V*. 86, ep. 1341.)

Ut s. T. XI, XIII. **30422.** — *Raimundo de Lanconia* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Aviti Senioris, Sarlaten. di., non obst. paroch. ecclesia de Pratis, Caturcensis di. — I. e. m.

Datum *Avenione*.

majori et Figiacen. Caturcen. archid.is. ac cantori de Vicano, Caturcen. di., ecclesiarum. (A. 30, f. 199 a; V. 86, ep. 1424).

15 nov. 1327. (xvii kal. dec.) T. XI, XIII.

30423. — *Ricardo nato Petri dicti de Medionano, de Anibalden., de Urbe, mil.*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Lateranensis. — I. e. m. archiep.o Theban., et abbati monast. s. Sabæ, ac priori sæcul. eccl. S. M. Novæ de Urbe. (*A*. 30, f. 370 a; *V*. 86, ep. 1826.)

Ut s. T. XXIV.

30424. — *Abb. monast. s. Sergii prope Andegavis, ac decano B. M. de Rupefulcaudi, Engolismen. di., et Joanni Manhani, can. Engolismen. eccl.*, mand. ut Aimerico de Monteberulphi, mon. monast. s. Florentii de Salmuro, O. S. B., Andegaven. di., conferant prioratum de Veneto, dicti ord., Pictaven. di., præfato monast. immediate subjectum, et per ipsius monasterii mon. solitum gub., (40 l. t.), vac. per assecutionem prioratus de Culturis, ord. et Pictaven. di. præfatorum, Heliæ de Monteberulphi auctoritate litterarum apost. collati. (*A*. 31, f. 226 a; *V*. 88, ep. 3038.)

Ut s. T. XI, XIII.

30425. — *Dalmatio de Gortia, can. Vivarien., jurisperito*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Mimatensis. — I. e. m. Anicien. et Uticen. præpositis, ac Pontio de Sampsone, can. Vivarien. eccl. (*A*. 31, f. 365 b; *V*. 88, ep. 3359.)

17 nov. 1327. (xv kal. dec.) T. VI^{XXIV}.

30426. — *Elziarius, can. Forojuliensis, subdiaconus*, promovetur ad episcopatum Dignensem, per obitum Guillermi apud S. A. prævia reserv. vacantem. — In e. m. capitulo Dignen., clero et populo civit. et di., universis vassallis eccl. Dignensis; archiep.o Ebredunensi. (*A*. 29, f. 310 a; *V*. 85, ep. 324.)

Ut s. T. V^{XXIV}.

30427. — *Alexander, O. F. M. professor, PP. pœnitentiarius*, promovetur ad episcopatum Nucerin., E. R. immediate subjectum et per obitum Joannis in partibus illis apud S. A. prævia generali reserv. vac. — I. e. m. capit. eccl. Nucerin., clero et populo civit. et di. Nucerin.; univ. vassallis eccl. Nucerin. (*A*. 29, f. 296 a; *V*. 86, ep. 341; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 335, n. 689.)

Ut s. T. XXIV.

30428. — *Rogerio ep.o Aurelianen.* facul. contrahendi mutuum usque ad summam 1000 flor. auri ad biennium. (*A*. 29, f. 306 b; *V*. 85, ep. 346.)

Ut s. T. IV^{XX}.

30429. — *Stephanus, prior prioratus de Cavafaya, O. S. A., Lucionen. di., professus dicti ord. et sacerdos*, promovetur ad abbatiam monast. S. M. de Intermontibus, ejusd. ord., Gebennen. di., per obitum Guichardi ap. S. A. prævia reserv. vac., cassata prius electione contra eamdem reserv. facta favore Hugonis de Monasterio, præfati monast. can. et chorarii, ab abb. et conv. monast. s. Rufi Valentin. di., ejusd. ord., cui monast. S. M. de Intermontibus subest. — I. e. m. conv. et univ. vassallis monast. S. M. de Intermontibus; abbati monast. s. Rufi Valentin. di. (*A*. 29, f. 394 a; *V*. 85, ep. 502.)

Ut s. T. IV^{XX}.

30430. — *Bernabinus de Beccadellis, mon. monast. s. Stephani Bononien., O. S. B.*, ord. præfatum expresse professus et in subdiaconatum constitutus, promovetur ad abbatiam monast. s. Bartholomæi prope Ferrariam, ejusd. ord., per obit. Guillelmi ap. S. A. prævia generali reserv. vac. — I. e. m. conv. et univ. vassallis ejusd. monast.; ep.o Ferrariensi. (*A*. 30, f. 1 b; *V*. 86, ep. 1098.)

Ut s.[1] T. IV^{XX}.

30431. — *Superantius* transfertur ex episcopatu Comaclen. ad episcopatum Adrien. per obitum Salioni ap. S. A. prævia generali reserv. vac. — I. e. m. capit. eccl. Adrien.; clero et populo civit. et di. Adrien.; univ. vassallis eccl. Adrien.; archiep.o Ravennaten. (*A*. 30, f. 53 a; *V*. 86, ep. 1202.)

Ut s. T. IV^{XX}.

30432. — *Paulus, prior prioratus de Valle Perusin., O. S. B.*, ordinem expresse professus et sacerdos, promovetur ad abbatiam monast. s. Crispoliti prope Bittonium,

1. Reg. Vat. = x kal. decembris.

Datum *Avenione*.

dicti ord., Assisinaten. di., per obitum quond. Januarii ap. S. A. prævia generali reserv. vac. — I. e. m. conv. monast. s. Crispoliti; abb. monast. S. M. de Farneto ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B., Cortonen. di.; ep.o Assisinaten. (*A*. 30, f. 53 [b]; *V*. 86, ep. 1217.)

19 nov. 1327. (XIII kal. dec.) T. XX.

30433. — *Lomberien. et Riven. sacristis, ac Petro de Meonaco, can. Caturcen. eccl.*, mand. pro collat. Guillermo Destruchols, cler. Caturcen., paroch. eccl. de Montegrasso cum annexis, Lomberien. di., per dimissionem ab ultimo ipsius eccl. rectore juxta tenorem constit. super pluralitate benef. dudum editæ factam ap. S. A. vac. (*A*. 29, f. 311 [b]; *V*. 85, ep. 332.)

Ut s. T. XI, XIII.

30434. — *Bartholomæo Nicolai Romanuccii de Urbe* collatio canon. sub exsp. præb. eccl. S. M. in Transtiberim de dicta Urbe; non obst. rectoria curata eccl. s. Thomæ de Ispanis de dicta Urbe. — I. e. m. Ostien., et Ricardo Anibaldi, de Anibaldis, Remen. eccl. archipr.is, et Paulo de Comite, basilicæ principis Apostolorum de Urbe canonico. (*A*. 29, f. 333 [a]; *V*. 85, ep. 385.)

Ut s. T. XI, XIII.

30435. — *Francisco, nato quond. Bartholomæi Bartholomæi de Urbe*, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Angeli in Foro piscium de dicta Urbe; non obst. perp. clericatu in eccl. s. Laurentii de Curtibus in Transtiberim de ead. Urbe. — I. e. m. archipr.is Ostien., et Riccardo Anibaldi, de Anibaldis, Remen. eccl., ac Paulo de Comite, basilicæ principis Apostolorum de Urbe canonico. (*A*. 29, f. 333 [b]; *V*. 85, ep. 386.)

Ut s. T. XI, XIII.

30436. — *Mag. Baudeto Marquerelli, lic. in legibus*, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. sæcul. s. Ursini Bituricen.; non obst. canon., præb. et cura parochiæ sæcul. eccl. s. Cirici Exoldunen., Bituricen. di., de quorum fructibus non potest in studio commode sustentari. — I. e. m. ep.o Carnoten., et abbati monast. de Virsione, Bituricen. di., ac mag. Roberto Lavernæ, can. Lexovien. (*A*. 29, f. 342 [a]; *V*. 85, ep. 405.)

Ut s. T. XI, XIII.

30437. — *Galhardo Juliani, cler. Caturcen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (s. c. 50 l. t.) ad ep.i Caturcen. dispositionem pertin., in civit. vel di. Caturcen. — I. e. m. archid. de Montepensato, et Sicardo de Vauro ac Petro de Meonaco, can. Caturcen. eccl. (*A*. 29, f. 372 [b]; *V*. 85, ep. 466.)

Ut s. T. XXX.

30438. — *Joanni Durandi*, rectori paroch. eccl. S. M. de Turre de Ceica, Vicen. di., de subdiacono genito et soluta, dispens. super defectu natalium, ut ad omnes ordines promoveri et dictam eccl. cum alio benef. ecclesiast. curato, alias tamen, permutare, et aliud simplex benef. ecclesiast. recipere et retinere valeat. (*A*. 29, f. 416 [a]; *V*. 85, ep. 521.)

Ut s. T. XXIV.

30439. — *Bernardus de Lacu, cler. Caturcen. di., bacc. in legibus*, habilitatur super eo quod vigore gratiæ exsp., patiens in ætate defectum, paroch. eccl. de Oratorio cum suis annexis, Agennen. di., sibi conferri fecit, Cameræ tamen apostolicæ reservatis fructibus. (*A*. 29, f. 401 [a]; *V*. 85, ep. 545.)

Ut s. T. XXIV.

30440. — *Archiep.o Aquen., et præp. Mirapiscen., ac Guillermo de Conquossio, can. Aquen. eccl.*, mand. pro collat. præfatæ eccl. de Oratorio eid. Bernardo de Lacu (*A*. 29, f. 401 [a]; *V*. 85, ep. 546.)

Ut s. T. XI, XIII.

30441. — *Otthoni, nato Andreæ Sapiti civis Florentini*, collat. canon. et præb. eccl. Laudunen., per obitum Philippi Sapiti, PP. cap., nuper ap. S. A defuncti, vac. — I. e. m. Andreæ de Florentia, thesaur. Remen., et Nicolao de Ceccano, Belvacen., ac Guillermo de Pustella, Mediolanen. can. eccl., capellanis PP. (*A*. 29, f. 442 [a]; *V*. 85, ep. 606.)

Ut s. T. XI, XIII.

30442. — *Arnaldo de Joncano* gratia exsp. canon. et præb. eccl. Aduren., per consecrat. Garsiæ, electi Aduren., in brevi vacaturorum; non obst. paroch. eccl. Montisse-

Datum *Avenione*.

curi, Vasaten. di. — I. e. m. ep.o Aquen., et abbati monast. s. Joannis de Castella, Aduren. di., ac Bernardo de Begono, can. Albien. (*A*. 29, f. 507 a; *V*. 85, ep. 757.)

19 nov. 1327. (xiii kal. dec.) T. XI. XIII.

30443. — *Augerio de Gontealto* collat. canon. sub exp. præb. et dign., vel personatus seu off. c. c. vel s. c. eccl. Aduren.; non obst. paroch. de Podiolaurentii et de Chalinhano s. c. eccl., Vauren. et Lectoren. di., ac quodam perp. benef. ecclesiast. fraternitate prioratus Montis Marciani nuncupato, Aduren. di. — In e. m. ut s. (*A*. 29, f. 507 a; *V*. 85, ep. 758.)

Ut s. T. XX.

30444. — *Abbati monast. de Gimonte, Auxitan. di., et præp. Lomberien., atque Arnaldo de Talhaco, can. Compostellan. eccl.*, mand. pro receptione Guillermi Garsiæ de Malartico, rectoris paroch. eccl. de Boqueyrano, Vasaten. di., in can. eccl. Auxitan. O. S. A. (*A*. 29, f. 600 b; *V*. 85, ep. 908.)

20 nov. 1327. (xii kal. dec.) T. XI.

30445. — *Joanni Willielmi dicti de Balmis, cler. Lausanen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. c. c. vel s. c., etiamsi dign., vel personatus aut off. existat, in civit. vel di. Lausanen., ad præsentationem ep.i et capit. Lausanen. — I. e. m. de Estuit et Lustriaci, Lausanen. di., prioribus, atque Oliverio de Cerzeto, can. Æduen. (*A*. 29, f. 246 a; *V*. 85, ep. 228.)

Ut s. T. XI, XIII.

30446. — *Petro de Bordis, presb. Caturcen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 60 vel s. c. 30 l. t.) ad ep.i Montisalban. dispositionem pertin. in civit. vel di. Montisalban.; non obst. in eccl. s. Stephani de Tescone Montisalban. quadam vicaria perp. — I. e. m. ep.o Riven., et præp. Regen., atque archid. Atrebaten. eccl. (*A*. 29, f. 473 a; *V*. 85, ep. 253.)

Ut s. T. XX.

30447. — *Yvoni, el. Trecoren.*, facul. recipiendi munus consecrat. a quolibet maluerit antistite, qui nomine R. E. ab ipso solitum fidelitatis juramentum recipiat. (*A*. 29, f. 236 b; *V*. 85, ep. 268.)

Ut s. T. XIII. XV.

30448. — *Garino Guiraudonis* collat. prioratus de Albiniaco, O. S. B., Lemovicen. di., per monachos monast. s. Michaelis de Clusa, ejusd. ord., Taurinen. di., gub. consueti et per promotionem Martini abbatis monast. s. Justi de Secusia, ord. et Taurinen. di. prædictorum, ap. S. A. prævia generali reserv. vac.; prioratum vero de Larveha, præfati ord., Vercellen. di., monasterio Casædei immediate subjectum, dimittere et ex moxdicto monast. ad antedictum se transferre tenetur. — I. e. m. abbati monast. Obazinæ, et priori de Briva, Lemovicen. di., atque Adamaro Rotberti, scolastico eccl. Constantien. (*A*. 29, f. 344 a; *V*. 85, ep. 406.)

Ut s. T. XII, XIV.

30449. — *Paulo de Comite, præp. eccl. Nivellen. Leodien. di., PP. cap.*, indult. ut usque ad biennium fructus præbendarum, quas in Remen., Senonen., Carnoten., Ambianen. et s. A[u]domari de s. A[u]domaro, Morinen. di., obtinet, absque residentia percipere valeat, consid. Roberti regis Siciliæ, cujus devotus existit. — I. e. m. priori s. Joannis de Vallemontonis, et archipr. S. M. de dicta Vallemontonis, Signin. di., atque Andreæ de Setia, can. Urgellen. eccl. (*A*. 30, f. 36 a; *V*. 85, ep. 412.)

Ut s. T. XXX.

30450. — *Bernardo de Orbessano* collat. canon. sub exsp. præb. ac dign., vel personatus seu off. s. c. eccl. Albien., dummodo dign. major post episcopalem non existat; cum dispens. super defectu ætatis (in 18° ætatis suæ an. vel circa constituto); non obst. canon. sub exsp. præb. Xanctonen., in s. Gaudentii eccl. canon. et præb., ac quodam perp. simplici benef. ecclesiast. « scolania Insulæ Dodonis ibidem nuncupato », quibusdam decimis clericis sæcul. assignari consuetis, et nonnullis rationibus in perp. benef. ipso collatis, Convenarum, Auxitan. et Pampilonen. di. — I. e. m. archiep.o Tolosano, et ep.o Carpentoraten., ac præp. eccl. Tolosan. (*A*. 29, f. 355 a; *V*. 85, ep. 439.)

Datum *Avenione.*

20 nov. 1327. (XII kal. dec.) T. XI, XIII. **30451.** — *Petro Bajuli*, bacc. in medicina, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. sæcul. s. Frontonis Petragoricen. — I. e. m. abbati monast. B. M. de Cancellata Petragoricen. eccl., et archid. de Aranno Convenarum, ac Guidoni de Novavilla, can. Petragoricen. (*A.* 29, f. 371 [a]; *V.* 85, ep. 465.)

Ut s. T. XI, XIII. **30452.** — *Raymundo Garciæ, jurisper.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) consueti cler. sæculari assignari, ad ep.i Electen. dispositionem pertin., in civit. vel di. Electen.; non obst. canon. et operaria quæ off. s. c. existit in eccl. Conseranen. et præb. ejusdem eccl., de qua in Romana curia litigat. — I. e. m. archid. et præcentori Conseranen., ac Petro de Birono, can. Carcassonen. eccl. (*A.* 29, f. 419 [b]; *V.* 85, ep. 544.)

Ut s. T. XX. **30453.** — *Archiep.o Ebredunen., et sacristæ Avinionen., ac Petro de Vidilhano, can. Nemausen. eccl.*, mand. pro receptione Raymundi, filii Guillelmi de Montegrosso, cler. Uticen. di., in can. eccl. Nemausen. O. S. A. (*A.* 29, f. 444 [b]; *V.* 85, ep. 629.)

Ut s. T. XX. **30454.** — *Eisdem* mand. pro receptione Andreæ de Insula, nati Petri de Insula, cler. Carpentoraten. di., in can. eccl. Uticen., O. S. A. (*A.* 29, f. 444 [b]; *V.* 85, ep. 630.)

Ut s. T. XX, XXII. **30455.** — *Berengario, ep.o Vicen.*, indult. ut tres clerici, ipsius obsequiis insistentes, fructus omnium benef. suorum absque residentia percipere valeant. — I. e. m. abbati Stagnen., et priori s. Eulaliæ de Campo, per priorem soliti gub. monasteriorum, Vicen. et Barchinonen. di., atque Hugoni de Mirabello, sacristæ eccl. Urgellen., cap. PP. (*A.* 29, f. 483 [a]; *V.* 85, ep. 692.)

Ut s. T. XV. **30456.** — *Henrico Pincerna de Reychenekk, can. Ratisponen.*, dispens. ut ad omnes ordines promoveri et ecclesiast. beneficia, etiamsi dignitates, personatus vel officia existant, recipere et retinere valeat; non obst. quod paroch. eccl. in Ezzing et alias curatas eccl. Ratisponen. di., (omnia curata beneficia dimittere tenetur) et præposituram eccl. s. Joannis Ratisponen., s. c., successive receperit et per multos annos tenuerit, (150 flor.), ad sacros ordines minime initiatus. (*A.* 29, f. 475 [b]; *V.* 85, ep. 738.)

Ut s. T. XI, XIII. **30457.** — *Bernardo de Gardiis* collat. prioratus Vallisaqueriæ, O. S. A., Uticen. di., per canonicos eccl. Uticen., ejusd. ord., gub. soliti et per assecutionem a Pontio de Gardiis factam de officio infirmariæ ejusd. eccl. ipsi a PP. collato vac. — I. e. m. archiep.o Ebredunen., et præp. Magalonen., ac Petro de Vidilhano, can. Nemausen. eccl. (*A.* 29, f. 514 [b]; *V.* 85, ep. 779.)

Ut s. T. XI, XIII. **30458.** — *Valentino de Mirabello, can. eccl. Nemausen. O. S. A.*, gratia exsp. dign., vel personatus, seu off. aut benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. per canonicos ejusd. eccl. gub. consueti, ad collationem ep.i, præp. et personarum ejusdem eccl. Nemausensis in ea consilium facientium; eccl. autem de Calmeta, Uticen. di., dimittere tenetur. — I. e. m. archiep.o Ebredunen., et præp. Magalonen., ac sacristæ Avinionen. eccl (*A.* 29, f. 521 [b]; *V.* 85, ep. 783.)

Ut s. T. L. **30459.** — *In Walzsachsen., Ratisponen. di., et s. Emerani Ratisponen. monast. abbatibus, ac decano eccl. Bambergen.* mand. pro dispens. Henrici Pincernæ de Reychevelch, can. eccl. Ratisponen., ut ad omnes sacros ordines promoveri et beneficia ecclesiast., etiamsi personatus, dign. vel off. existant, recipere et retinere valeat; non obst. quod, 14 an. abhinc, pro zelo fidei, manu armata interfuerit conflictui habito in Gamelsdorf, in quo debellatæ fuerunt gentes Frederici, ducis Austriæ, qui collecta multitudine non solum gentium terræ suæ, sed etiam Sarracenorum et Paganorum, Bavariam intraverat, et post hæc etiam idem Henricus cum Ludovico olim duce Bavariæ, tunc in gratia R. E. existente, ac Joanne rege Bohemiæ in auxilium ejusd. Ludovici bellum intraverit. (*A.* 29, f. 606 [a]; *V.* 85, ep. 953.)

Datum *Avenione*.

20 nov. 1327. (XII kal. dec.) T. XI, XIII.

30460. — *Guillermo de Mirabello, mon. monast. Figiacen., Cluniacen. ord., Caturcen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. (120 l. t.), etiamsi prioratus, administr. aut off. existat ad abbatis et conv. (qui supplicant pro ipso Guillermo) ejusd. monast. dispositionem pertin. — I. e. m. abbati monast. s. Victoris, Massilien., et thesaur. Colimbrien., ac Bernardo Hugonis de Cardalhaco, can. Ruthenen. eccl. (*A.* 30, f. 15 [a]; *V.* 86, ep. 1113.)

Ut s. T. XI, XIII.

30461. — *Arnaldo Joannis, cler. Gerunden. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. s. c. (50 l. t.) ad ep.i Elnen. dispositionem pertin. in civit. vel di. Elnen. — I. e. m. S. M. de Villabertrando et s. Cirici de Coleria, Gerunden. di., abbatibus, atque archid. Urgelleti Vallis Andorræ in eccl. Urgellen. (*A.* 30, f. 114 [a]; *V.* 86, ep. 1328.)

Ut s. T. XI, XIII.

30462. — *Petro Ægidii de Carannyena, presb. Cæsaraugustan.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t.) ad camerarii eccl. Cæsaraugustan., O. S. A., dispositionem pertin. — I. e. m. archiep.o Cæsaraugustan., et ep.o Segobricen., atque archid. Conchen. (*A.* 30, f. 114 [a]; *V.* 86, ep. 1329.)

Ut s. T. XX.

30463. — *Almerario de Cabrespino, diacono*, dispens. ut ratione paroch. eccl. s. Projecti, Mimaten. di., quam obtinet, non teneatur usque ad biennium ad sacerdotium promoveri nec in ipsa eccl. personaliter residere. (*A.* 30, f. 287 [b]; *V.* 86, ep. 1689.)

Ut s. T. XI, XIII.

30464. — *Raniro nato Cotoli Raneri de Perusio* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Paduanæ; non obst. canon. et præb. eccl. Ariminensis. — I. e. m. ep.o Perusin., et abbati monast. s. Petri, ac archipr. eccl. Perusin. (*A.* 30, f. 454 [a]; *V.* 87, ep. 2135.)

Ut s. T. XII, XIV.

30465. — *Isarno Bricii* indult. ut, studio sacræ paginæ in loco, ubi illud generale vigeat, insistendo vel apud S. A. residendo, fructus præb. suæ, quam in eccl. Albiensi obtinet, necnon distributiones integras in quatuor anni scilicet Nativitatis, Resurrectionis Domini, Assumptionis B. M. V., et b. Cæciliæ festivitatibus, ac augmentum distributionum consuetarum, singulis annis, canonicis ipsius eccl. in prædictis festivitatibus præsentibus assignari, usque ad triennium integre percipere valeat. — I. e. m. abbati monast. de Candelio, Albien. di., et præp. s. Salvii Albien. ac Hugoni de Fontanilhas, can. Agennen. eccl. (*A.* 30, f. 667 [a]; *V.* 87, ep. 2542.)

Ut s. T. XI, XIII.

30466. — *Galaato nato quond. Furlani de Sala* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Bononien.; non obst. quod unum aut duo benef. ruralia modici valoris obtineat. — I. e. m. de Nonantula, Mutinen. di., et s. Felicis Bononien. monast. abbatibus, ac mag. Jacobo de Mutina, scolast. eccl. Tullen., cap. Papæ. (*A.* 31, f. 363 [a]; *V.* 88, ep. 3354.)

Ut s. T. XII.

30467. — *Guillelmono de Pratis, cler. Dertusen. di.*, de soluto et soluta genito, dispens. super defectu natalium ut beneficium etiam c. c., vel canon. et præb., aut dign., vel personatum seu off. in eccl. regulari vel sæculari recipere et retinere valeat. (*A.* 31, f. 460 [a]; *V.* 88, ep. 3602.)

21 nov. 1327. (XI kal. dec.) T. XII, XIV.

30468. — *Albarono de Lercio, PP. cap.*, collat. canon. et præb. eccl. Narbonen. per obitum Berengarii de Cucciaco, in illis partibus defuncti, ap. S. A. prævia reserv. vacantium; cassatur insuper collatio canon. sub exp. præb. ejusd. eccl.; non obst. canon., præb. et archidiac. Lunathen. s. c. in Biterren., et ruralibus s. Joannis de Abrenchis cum suis dependentibus, ac s. Joannis de Tabaussaco ecclesiis, Narbonen. et Biterren. di. — I. e. m. abb. sæcul. s. Affrodisii Biterren., et præp. Carpentoraten., ac sacristæ Avinionen. eccl. (*A.* 29, f. 254 [a]; *V.* 85, ep. 239.)

Ut s. T. XI, XIII.

30469. — *Arnaldo de Moleria*, cler. Caturcen. di., gratia exsp. paroch. eccl. s. Vincentii de Castronovo, Narbonen. di., per assecutionem a Pontio de Crecio faciendam de paroch. eccl. de Ventenaco, Appamiarum di., ipsi a PP. reservata, in proximo va-

Datum *Avenione*.

41291. — *Eidem regi* indulgetur ad instar Clementis Papæ V, qui idem Philippo regi Franciæ, patruo ejus, indulsit, ut ordinare valeat quod corpus ejus in una seu diversis ecclesiis sive piis locis integre vel particulariter tumuletur. (*A.* 30, f. 420 a; *V.* 86, ep. 1952; A. Tardif, *op. cit.*, p. 190, n. CCXVII.)

Ut s. T. XXVI.

41292. — *Eidem regi* indulgetur ut, cum de loco in locum et ad partes diversas ipsum frequenter oporteat proficisci, liceat ipsi secum habere altare portatile in quo etiam, antequam dies illucescat, celebrari facere valeat. (*A.* 30, f. 420 b; *V.* 86, ep. 1953.)

Ut s. T. XXIV.

41293. — *Eidem regi* indultum eligendi confessorem qui ei omnium suorum percatorum remissionem plenam, semel, in mortis periculo, concedere valeat. (*A.* 30, f. 420 b; *V.* 86, ep. 1954.)

Ut s. T. XII.

41294. — *Eidem regi.* Indulgetur capellanis et cler. suis, tam religiosis quam sæcularibus, celebrantibus divinum officium coram ipso, seu in capella, vel curia sua, vel etiam ubicumque in ejus servitio morando, juxta curiæ ipsius morem, ut ad celebrandum aliud officium, ad quod tenentur juxta constitutiones suorum ordinum vel consuetudines ecclesiarum suarum, minime teneantur, ad instar Gregorii Papæ X qui capellanis et clericis claræ memoriæ Philippi R. F., progenitoris ejus, idem indulsit. (*A.* 30, f. 420 b; *V.* 86, ep. 1955.)

Datum *Avenione*.

25 maii 1328. (VIII kal. jun.) T. XXX.

41295. — *Eidem* indulgetur, ad quinquennium, ut confessor familiarium suorum confessiones audire et illos a peccatis omnibus, præterquam in casibus S. A. vel ordinariis reservatis, absolvere eisque alia sacramenta ecclesiastica ministrare valeat. (*A.* 30, f. 423 a; *V.* 86, ep. 1956.)

Ut s. T. X.

41296. — *Eidem regi* indulgetur ut, quoties coram eo proponi contigerit verbum Dei, prædicator omnibus præsentibus I anni indulgentiam valeat elargiri. (*A.* 30, f. 423 a; *V.* 86, ep. 1957.)

Ut s. T. XVI.

41297. — *Eidem regi* indulgetur ut liceat ipsi, in locis ecclesiastico suppositis interdicto, cum familia sua officia divina audire, ad instar Alexandri Papæ IV qui, sacræ memoriæ beato Ludovico, R. F., progenitori ejus, et Nicolai Papæ III, qui cl. m. Philippo, R. F., progenitori suiipsius, et Mariæ, uxori ejus, R. F., idem indulserunt. (*A.* 30, f. 423 a; *V.* 86, ep. 1958.)

Ut s. T. XII.

41298. — *Eidem regi* indulgetur ut apostolicæ vel aliquæ aliæ, præterquam canonis excommunicationis vel interdicti, sententiæ generales, ad personam suam, nisi forte in eis expressa mentio fieret, extendi non valeant; ad instar Alexandri Papæ IV qui sacræ memoriæ beato Ludovico, R. F., progenitori ejus, idem indulsit. (*A.* 30, f. 423 b; *V.* 86, ep. 1959.)

Ut s. T. XXIV.

41299. — *Philippo, R., et Joannæ, R. F.*, indulgetur ut quilibet confessor ipsorum cuilibet ipsorum ecclesiastica sacramenta ministrare valeat. (*A.* 30, f. 423 b; *V.* 86, ep. 1960.)

Ut s. T. X.

41300. — *Philippo R. F. supplicante* conceditur iudulg. xx dierum orantibus pro animabus parentum suorum et Caroli R. F. et N. (*A.* 30, f. 423 b; *V.* 86, ep. 1961; Tardif, *op. cit.*, p. 192, n. CCXIX.)

Ut s. T. X.

41301. — *Eidem* indulgetur ut monasteria monialium, cujuscumque ord. fuerint, cum VIII fratribus Prædicatorum et Minorum ord., ac honesta et decenti hominum et mulierum comitiva, ingredi valeat, dummodo in monasteriis ipsis nequaquam edant vel aliquatenus pernoctent. (*A.* 30, f. 427 b; *V.* 86, ep. 1962; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 344, n. 709.)

Ut s. T. XXIV.

41302. — *Eidem regi* indulgetur ut confessor suus super jejuniis ab Ecclesia constitutis vel juxta morem partium, in quibus idem rex fuerit, observatis dispensare valeat ita ut in jejuniis supradictis ac aliis diebus quibus est esus carnium interdictus, dummodo de consilio medicorum fiat, dictus rex licite carnibus possit uti. (*A.* 30, f. 427 b; *V.* 86, ep. 1963.)

Ut s. T. XIV.

41303. — *Eidem regi* conc. ut, si contingat ipsum ipsiusve ministros aliquos clericos propter eorum facinora publice diffamatos, de quorum fuga timeatur, capere, detinere seu capi facere vel etiam detineri, nequaquam excom. sententiam incurrant, ad instar Nicolai Papæ IV qui idem Philippo, R. F., ipsius patruo, concessit; nulla tamen propter hoc datur licentia dicto regi ministrisve suis clericos ipsos taliter capiendi, nec captio vel detentio eorum approbatur. (*A.* 30, f. 427 b; *V.* 86, ep. 1964.)

Ut s. T. XXIV.

41304. — *Eidem regi* indulgetur ut capellani et clerici capellæ, quam nuper juxta domum suam de Vado Maliundi prope Cenomanis fundari fecit, omnes oblationes quæ in ipsa offerentur, facta rectori parochialis eccl., in cujus parochia dicta capella consistit, ad arbitrium diœcesani, congruenti recompensatione, integre percipere valeant. (*A.* 30, f. 427 b; *V.* 86, ep. 1965.)

Ut s. T. XXVI.

41305. — *Eidem regi* indulgetur ut eleemosynæ ab eo vel de ejus mandato factæ et faciendæ cedant loco restitutionum per eum faciendarum, talium tamen de quibus nescitur quibus sint restitutiones hujusmodi faciendæ. (*A.* 30, f. 427 b; *V.* 86, ep. 1966.)

Datum *Avenione*.

25 maii 1328. (VIII kal. jun.) T. XXIV.

41306. — *Eidem regi* indulgetur ut confessor suus cum filiis suis, ut ad observationem jejuniorum Ecclesiæ aut localium, usquequo ipsi xxum annum attigerint, minime teneantur quodque ipsi ut diebus jejuniorum hujusmodi licite carnibus vesci possint, cum expedire eidem confessor probabiliter viderit, libere valeat dispensare. (*A*. 30, f. 428 a; *V*. 86, ep. 1967.)

Ut s. T. XVI.

41307. — *Eidem regi* indulgetur ut communicans illis qui a prælatis regni Franciæ et eorum officialibus, ac judicibus a S. A. et a legatis S. A. delegatis eorumque executoribus, quia ipsis obedire recusant, vinculo excommunicationis astringuntur, dummodo idem rex in crimine non communicet, excommunicationis laqueo vel etiam interdicto ligari non possit, ad instar Innocentii Papæ IV qui regi Franciæ, proprio nomine non expresso, idem concessit pro capellanis ac clericis ipsius juratis et familia ejus. Dicti enim prælati, officiales, judices et executores in participantes excommunicatis hujusmodi, non solum in crimine, sed etiam alio modo, excommunicationis et interdicti sententias quoque promulgant. (*A*. 30, f. 428 a; *V*. 86, ep. 1968.)

Ut s. T. XVI.

41308. — *Eidem* indulgetur, ad instar Bonifacii VIII, qui per apost. litteras idem cl. m. Philippo, R. F., ejus patruo, concesserat, ut confessor ipsum a commissis absolvere valeat, nisi talia forent propter quæ Sedes Apostolica sit merito consulenda. (*A*. 30, f. 408 b; *V*. 86, ep. 1971.)

Ut s. T. XXIV.

41309. — *Eidem* conc. ut, quotiescumque ipsum ad alicujus ecclesiæ vel capellæ dedicationem vel consecrationem ire vel interesse contigerit, ipse ipsiusque obtentu omnes alii vere pœnitentes et confessi, qui ad eamdem eccl. vel capellam accesserint illa die, unius anni et quadraginta dierum indulgentiam lucrari valeant, ad instar Martini Papæ IV qui similem indulgentiam, ad instantiam regis Franciæ, proprio nomine non expresso, concessit. (*A*. 30, f. 435 a; *V*. 86, ep. 1972.)

Ut s. T. XXIV.

41310. — *Eidem regi* indulgetur, ad quinquennium, ut, cum interdictum in locis in quibus regiæ capellæ existant positum fuerit, possint in eisdem capellis submissa voce, januis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis, interdictis ac aliis præter servitores dictarum capellarum et familiares suos, dum tamen isti interdicti vel excommunicati non existant, exclusis, divina officia celebrari. (*A*. 30, f. 435 a; *V*. 86, ep. 1973.)

Ut s. T. XVI.

41311. — *Eidem regi.* Indulgentia XL dierum conceditur orantibus pro eo, dum vixerit, et pro anima sua, post ejus obitum, ad instar Cælestini Papæ V et Clementis Papæ V qui prædecessoribus ejus diversas super hoc indulgentias per apost. litteras concesserunt. (*A*. 30, f. 435 a; *V*. 86, ep. 1974; Tardif, *op. cit.*, p. 191, n. CCXVIII.)

Ut s. T. XII.

41312. — *Eidem regi* indulgetur ut nullus in ejus personam excommunicationis aut interdicti sententiam promulgare aut ipsi ingressum ecclesiæ interdicere valeat absque A. S. speciali mandato, ad instar Bonifacii papæ VIII qui idem b. m. Philippo, R. F., ejus patruo, concessit. (*A*. 30, f. 435 b; *V*. 86, ep. 1975.)

Ut s. T. XXVI.

41313. — *Eidem regi* indulgetur ut clerici et cap. sui propriæ capellæ, ac alii famil. et domestici clerici sui, præsentes et posteri, suis obsequiis insistentes, delegationes, aut subdelegationes seu alias commissiones quascumque S. A. seu ordinariorum invite recipere minime teneantur, absque alicujus pœnæ incursione. (*A*. 30, f. 435 b; *V*. 86, ep. 1976.)

Ut s. T. XVII, XIX.

41314. — *Eidem* indulgetur ut clerici, suis obsequiis insistentes, fructus omnium benef. suorum integre percipiant, ad instar Alexandri Papæ IV, qui cl. m. regi Franciæ, sine expressione proprii nominis, et Martini Papæ IV, qui cl. m. Philippo R. F., ipsius regis avo, idem sine præfinitione temporis indulserunt; conceditur in-

super eisdem clericis qui a tempore obitus cl. m. Caroli, R. F. et N., ejusd. regis proximi prædecessoris, in dictorum regnorum negotiis institisse noscuntur, ut fructus eorumdem benef., juxta indulti præsentis tenorem, percipere debeant et habere, ad instar Gregorii Papæ X qui idem concessit clericis cl. m. Philippi R. F. pro tempore quo ejus obsequiis post obitum inclitæ recordationis Ludovici R. F., proavi regis ipsius, extiterunt. — I. e. m. Parisiensi, Belvacen. ac Silvanecten. ep.is. (*A*. 30, f. 442 [a]; *V*. 86, ep. 1977.)

25 maii 1328. (VIII kal. jun.) T. XXVI.

41315. — *Eidem regi* indulgetur ut confessor ac ejus socius, suis obsequiis insistendo, quibus esset esus carnium secundum statuta sui ordinis interdictus, licite possint in ipsius comitiva vesci carnibus illis diebus quibus a sacris canonibus esus hujusmodi minime prohibetur, ac idem confessor fratribus et religiosis, ad ipsius regis hospitium supervenientibus, quibus similiter est esus hujusmodi interdictus, vescendi carnibus in dicto hospitio, diebus prædictis dumtaxat, ac loquendi in mensa licentiam valeat elargiri. (*A*. 30, f. 423 [b]; *V*. 86, ep. 1978.)

Ut s. T. XXVI.

41316. — *Eidem* indult. ut clerici et capellani sui propriæ capellæ, ac alii familiares et domestici clerici sui, præsentes et posteri, suis obsequiis insistentes, omnes minores et sacros ordines a quocumque antistite recipere valeant. (*A*. 30, f. 486 [b]; *V*. 86, ep. 1979.)

Ut s. T. XVIII.

41317. — *Ad perp. rei memoriam.* Ad instar Clementis Papæ V excommunicantur illi qui in regno Franciæ et locis circumvicinis monetam falsam cudunt, qui monetam fabricatam sub vero signo monetæ regum Franciæ studiose depravant, et illi etiam, quibus jus competit fabricandi monetam, qui monetæ regiæ signum proprium monetæ quam fabricant imprimere moliuntur, necnon omnes alii qui scienter falsas monetas extra regnum prædictum emunt et post infra regnum ipsum eas portant, vendunt et expendunt. Omnium insuper prædictorum absolutio Papæ et successoribus suis, præterquam in mortis articulo, reservatur. (*A*. 30, f. 435 [b]; *V*. 86, ep. 1980.)

Ut s. T. XXIV.

41318. — *Philippo R. F.* indulgetur ut in regno suo apostatantes a fide catholica vel hæretici ad ecclesias confugientes ut per immunitatem earum in apostasia vel hæresi hujusmodi defendantur, nullam tutelam propterea ab eisdem ecclesiis consequantur, sed locorum ep.is vel inquisitoribus hæreticæ pravitatis illarum partium super hoc requisitis, et de eorum assensu, ex dictis ecclesiis libere abstrahi valeant, etiam per brachium sæculare. (*A*. 30, f. 439 [b]; *V*. 86, ep. 1981.)

Ut s. T. XXVI.

41319. — *Eidem* indulgetur ut confessor cum debilibus, gravidis et infirmis personis hospitii sui utriusque sexus, super jejuniis ab Ecclesia constitutis vel juxta morem partium, in quibus ipse fuerit, observatis dispensare, et in eisdem diebus jejunii vescendi carnibus licentiam ipsis impertiri valeat. (*A*. 30, f. 490 [b]; *V*. 86, ep. 1982.)

Ut s. T. XXVI.

41320. — *Eidem* indulget. ut confessor ab omnibus peccatis suis necnon ab omnibus excommunicationibus, si quas incurrit vel incurrerit, nisi S. A. sit merito consulenda, ipsum absolvere valeat, ad instar Innocentii Papæ IV qui cl. m. regi Franciæ, proprio nomine non expresso, hoc indulsit ab aliquo e capellanis ipsius faciendum. (*A*. 30, f. 516 [b]; *V*. 86, ep. 1984.)

Ut s. T. XI, XIII.

41321. — *Isarno, nato quondam Fulconis de Manso, cler. Agennen. di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t. sec. tax. dec.), pertin. ad collat. ep.i et capit. Agennen. — I. e. m. ep.o Convenarum, et Lomberien. ac Transligeren. Andegaven. archid.is eccl. (*A*. 30, f. 518 [b]; *V*. 87, ep. 2009.)

Ut s. T. XL.

41322. — *Priori s. Orientii Auxitan., et Transligeren. Andegaven., ac de Pardiaco Auxitan. eccl. archid.is* mand. ut in de Pessano, de Seramo, O. S. B., et Berdonarum, Cisterc. ord., Auxitan. di., monasteriis tres clericos, videlicet in eorum singulis sin-

Datum *Avenione*.

gulos, a n. m. Tiburgi de Insula, comitissa Astariaci, nominandos recipi faciant. (*A*. 30, f. 509 b; *V*. 87, ep. 2010.)

25 maii 1328. (VIII kal. jun.) T. XI, XIII. 41323. — *Monaldo de Presilhono, cler. Oloren. di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 60 vel s. c. 30 l. t. sec. tax. dec.), in civit. vel di. Aquen., pertin. ad collat. ep.i Aquen. — I. e. m. Carpentoraten. et Oloren. ep.is, ac abbati monasterii Lucen., Oloren. di. (*A*. 30, f. 539 a; *V*. 87, ep. 2038.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2. 41324. — *Benedicto de Andausio, in jure canonico baccalario*, gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t. sec. tax. dec.), pertin. ad collationem ep.i Lomberien.; non obst. parochiali ecclesia s. Bartholomæi de Marmonte, Lascurren. di., quam dimittere tenetur post assecutionem beneficii c. c., et quadam perpetua capell. s. c., præbenda vulgariter nuncupata, in eccl. Aquensi, 20 lib. Morlanorum sec. tax. dec. valorem annuum non excedentibus. — I. e. m. ep.o Carpentoratensi, et abbati monasterii de Gimonte, Lomberien. di., ac officiali Tolosano. (*A*. 30, f. 539 b; *V*. 87, ep. 2039.)

Ut s. T. XI, XIII. 41325. — *Fortanerio de Sancto Leborio, cler. Lascurren. di.*, gratia exsp. beneficii similis ad collat. ep.i Lascurrensis. — I. e. m. ut s. (*A*. 30, f. 539 b; *V*. 87, ep. 2040.)

Ut s. T. XX. 41326. — *Ep.o Oloren., et Silvælatæ ac Lucen., Lascurren. et Oloren. di., monasteriorum abbatibus* mand. pro receptione Arnaldi Guillelmi de Buelario, clerici Oloren. di., in eccl. Lascurrensi, O. S. A. (*A*. 30, f. 541 a; *V*. 87, ep. 2042.)

Ut s. T. XI, XIII. 41327. — *Galhardo de Sarrauta, mon. monast. de Pessano, O. S. B., Auxitan. di.*, gratia exsp. decanatus, vel personatus, aut dign., seu administr., vel benef. c. c. vel s. c. (80 l. t. sec. tax. dec.), pertinentis ad collat. abbatis et conv. ejusdem monast. et per ejus mon. soliti gub. — I. e. m. ep.o Carpentoraten., et abbati monast. de Gimonte, Auxitan. di., ac archid. de Vico in eccl. Auxitana. (*A*. 30, f. 541 a; *V*. 87, ep. 2043.)

Ut s. T. XX. 41328. — *Bertrando Ostien. et Velletren. ep.o, A. S. legato*, mand. ut dispenset Zapinum de Lamirandula, civem Mutinen., et Agnetem natam quondam Manfredini de Piis, concivem ipsius, super IV° consanguin. gradu, in matrim. contrahendo pro bono statu civitatis Mutinen. conservando, nam olim inter commune et aliquos nobiles ejusdem civitatis, ex parte una, dictumque Zapinum, ex altera, gravis discordia et guerra extiterunt suscitatæ, quæ de beneplacito dicti legati sopitæ fuerunt, supplicantibus legato, communi, nobilibus, Zapino et Agnete prædictis. (*A*. 30, f. 440 b; *V*. 87, ep. 2090.)

Ut s. T. XXX. 41329. — *Bertrando, Ostien. et Velletren. ep.o, A. S. legato*, mand. ut quod sibi expedire viderit faciat super postulatis per cives Mutinen., qui dudum absoluti fuerunt a sententiis in eos latis ob rebellionem R. E. et fautoriam Galeatii de Vicecomitibus, de Mediolano, et Passarini de Bonacorsis, de Mantua, hæreticorum, et restituti fuerunt in possessionem bonorum suorum. Multi vero, ante obtentam restitutionem prædictam, viam fuerunt universæ carnis ingressi, et idem legatus dubitat an dicta restitutio filiis et hæredibus eorumdem defunctorum facienda sit. (*A*. 30, f. 437 b et 440 [1] b; *V*. 87, ep. 2091.)

Ut s. T. XXX. 41330. — *Eidem* mand. ut ab Albrico de Gallutiis recipiat resignationem archipresbyteratus plebis s. Laurentii in Colina, Bononien. di., illumque alicui personæ idoneæ conferat. (*A*. 30, f. 447 a; *V*. 87, ep. 2107.)

Ut s. T. XI, XIII. 41331. — *Bermundo Donadei* gratia exsp. beneficii c. c. (vel s. c. 50 l. t. sec. tax. dec.), pertin. ad collationem archiep.i et capit. Narbonen.; cum obligatione dimittendi parochialem ecclesiam s. Sebastiani de Mirapisceto, Narbonen. di., post assecutionem beneficii c. c. — I. e. m. Convenarum et s. Pontii Thomeriarum ep.is, et

1. Ibi legitur : « *Attende quod scripta est in isto eodem caterno in alio loco* ».

Datum *Avenione.*

Jordano de Columpna, archid. Transligerensi in ecclesia Andegavensi. (*A*. 30, f. 470 a, *V*. 87, ep. 2132.)

25 maii 1328. (VIII kal. jun.) T. XXVI.

41332. — *N. m. Tiburgi de Insula, comitissæ Astariaci*, indultum celebrare officia divina faciendi in locis interdicto suppositis. (*A*. 30, f. 444 b; *V*. 87, ep. 2154.)

Ut s. T. XXIV.

41333. — *Eidem* indulg. ut confessor omnium peccatorum suorum plenam remissionem, semel tantum, in mortis articulo, concedere valeat. (*A*. 30, f. 444 b; *V*. 87, ep. 2155.)

Ut s. T. XVI.

41334. — *Eidem* indultum habendi altare portatile. (*A*. 30, f. 445 b; *V*. 87, ep. 2156.)

Ut s. T. XX.

41335. — *Eidem* indulgetur ut, cum extra domicilium suum ipsam ad alia loca proficisci contigerit, antequam dies illucescat, officia divina celebrari facere valeat. (*A*. 30, f. 445 b; *V*. 87, ep. 2157.)

Ut s. T. XI, XIII.

41336. — *Colino quondam Adæ de Raimberticuria ad Potos, cler. Tullen. di.*, gratia exsp. benef. sæcularis (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. sec. tax. dec.), ad collationem abbatissæ et conv. monasterii de Romaricomonte, ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B., dictæ di. — I. e. m. decano Luberdunen., Tullen. di., et mag. Jacobo de Mutina, cap. Papæ, scolastico, ac subthesaurario Tullen. eccl. (*A*. 30, f. 484 b; *V*. 87, ep. 2181.)

Ut s. T. XII, XIV

41337. — *Jordano de Rapistangno, priori prioratus conventualis de Francono, Grandimonten. ord., Caturcen. di., monasterio Grandimonten., Lemovicen. di., immediate subjecti*, indultum ut, usque ad triennium, juris canonici vel sacræ paginæ studio, superioris sui vel alterius cujuscumque licentia minime requisita, insistere valeat in loco ubi illud vigeat generale, et interim fructus prioratus sui absque residentia integre percipiat; consid. Bertrandi S. M. in Aquiro diac. card. — I. e. m. abbati monasterii Novimonasterii Pictaven., et priori de Pinello, Tolosan. di., ac Jordano de Podio, can. Tolosan. (*A*. 30, f. 482 b; *V*. 87, ep. 2184.)

Ut s. T. XI, XIII.

41338. — *Bertrando de Turribus* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Convenarum. — I. e. m. ep.o Carpentoraten., et abbati monasterii Lezaten., Riven. di., ac Arnaldo Aurioli archid. Lomberiensi. (*A*. 30, f. 525 a; *V*. 87, ep. 2290.)

Ut s. T. XII 1/2, XIV 1/2.

41339. — *Raimundo Sancii de Casalibus* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (120 l. t. p. sec. tax. dec.), etiamsi prioratus, vel personatus, seu dign., vel administr. seu off. existat, consueti canonicis eccl. Tarviensis O. S. A. assignari, pertin. ad collat. ep.i et capituli Tarvien. in civitate vel di. Tarvien.; cum obligatione se transferendi ex eccl. Lascurrensi, dicti ord., ad ecclesiam Tarviensem prædictam, et prioratum s. Juliani de Serris, dicti ord., ecclesias s. Jacobi de Romanis c. c. et de Ilherio s. c., dicto prioratui annexas, Lascurren. di., solitas per can. Lascurren. gub., dimittendi; cassatur etiam gratia exsp. dign., administr., prioratus, personatus, off. vel beneficii c. c. vel s. c. consueti canonicis Lascurren. assignari et ad collationem ep.i et capit. Lascurren. pertin. — I. e. m. Carpentoraten. et Oloren. ep.is, ac abbati monast. Berdonarum, Auxitan. di. (*A*. 30, f. 615 a; *V*. 87, ep. 2461.)

Ut s. T. XVI.

41340. — *Bernabino, abbati monast. s. Bartholomæi prope Ferrariam O. S. B.*, facultas recipiendi diaconatus et presbyteratus ord. necnon consecrationis munus a quocumque maluerit antistite. (*A*. 30, f. 578 b; *V*. 87, ep. 2397.)

Ut s. T. XX.

41341. — *Ep.o Carpentoraten., et abbati de Ydraco Auxitan., ac thesaur. Suessionen. eccl.* mand. pro receptione Bertrandi de Frayssano, cler. Auxitan. di., in monast. de Symorra, O. S. B., dictæ di. (*A*. 30, f. 610 a; *V*. 87, ep. 2472.)

Ut s. T. XI, XIII.

41342. — *Geraldo de Lambis* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (100 l. t. sec. tax. dec.), etiamsi prioratus, vel personatus, aut dign., seu administr. vel off. existat, per-

Datum *Avenione.*

tin. ad collationem archiep.i. præp. et capit. Tolosan., et per canonicos eccl. Tolosanæ, O. S. A., cujus existit can., gub. soliti. — I. e. m. priori s. Radegundis Pictaven., et archid. Cameræ Pampaloniæ Tolosan., ac thesaurario Suessionensis eccl. (*A.* 30, f. 646 a; *V.* 87, ep. 2545.)

25 maii 1328. (VIII kal. jun.) T. XI 1/2. XIII 1/2.

41343. — *Laurentio Jacobi de Brunna* provisio canon. sub exsp. præb. eccl. Patavien.; non obst. rectoria eccl. s. Martini in Lauchse et canon. sub exsp. præb. eccl. Maticen., Patavien. di.; cassatur electio de ipso facta per capit. in canonicum dictæ eccl. Pataviensis. — I. e. m. archiep.o Salzeburgen., et ep.o Patavien., ac abbati monast. s. Proculi Bononien. (*A.* 30, f. 674 b; *V.* 87, ep. 2573.)

Ut s. T. XX.

41344. — *Hainrico Leonis acolitho Ratisponen. di., e soluto et soluta genito,* jam ab ordinario loci dispensato, dispens. ut superiores ordines et beneficium etiam cum cura, etsi dignitas existat, recipere valeat. (*A.* 30, f. 679 b; *V.* 87, ep. 2576.)

Ut s. T. XI. XIII.

41345. — *Galino de Cotarda, cler. Auxitan. di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t.), ad collat. archiep.i Auxitan. pertin. — I. e. m. ep.o Carpentoraten., et priori s. Orientii Auxitan., et Raimundo Sancii de Casalibus, can. Lascurren. (*A.* 31, f. 141 b; *V.* 87, ep. 2836 B.)

Ut s. T. XI, XIII.

41346. — *Petro de Ficato, presb., perpetuo præbendario in eccl. Rivensi,* gratia exsp. benef. (c. c. 60 vel s. c. 30 l. t.), ad collat. ep.i Riven. — I. e. m. ep.o et Raimundo supradictis, ac Arnaldo Aurioli, archid. Lomberien. (*A.* 31, f. 142 a; *V.* 87, ep. 2837.)

Ut s. T. XI, XIII.

41347. — *Arnaudo de Devesa* prov. canon. eccl. Lomberien. sub exsp. præb. — I. e. m. ep.o Carpentoraten., et abbati sæcul. de Idraco Auxitan., ac Bernardo de Orbessano, archid. Pampilonen. eccl. (*A.* 31, f. 141 a; *V.* 87, ep. 2838.)

Ut s. T. XX.

41348. — *Ep.o Carpentoraten., et Oddoni de Manasio, thesaur. Suessionen., ac Raimundo Sancii de Casalibus, can. Lascurren. eccl.*, mand. pro receptione Dominici de Lahiis, cler. Auxitan. di., in monast. s. Orientii Auxitan., Cluniacen. ord., per priorem solito gubernari. (*A.* 31, f. 138 b; *V.* 87, ep. 2841.)

Ut s. T. XI, XIII.

41349. — *Joanni de Solegnano, fratri hospitalis pauperum s. Antonii Parmen. quod dicitur Rodulphi,* gratia exsp. administr. seu rectoriæ unius hospitalis pauperum, consuetæ fratribus dicti hospitalis assignari et ad eorum collat. pertin. — I. e. m. abbati monast. s. Joannis, et præp. eccl. baptisterii s. Joannis Parmen., ac archipr. plebis de Coliculo, Parmen. di. (*A.* 31, f. 172 a; *V.* 87, ep. 2907.)

Ut s. T. XX.

41350. — *Centullioni de Astariaco, nato quond. Bernardi de Astariaco, scolari Auxitan. di., de conjugato et conjugata genito,* dispens. super defectu natalium ut ad omnes ord. promoveri et beneficium obtinere valeat. (*A.* 31, f. 198 a; *V.* 87, ep. 2978.)

Ut s. T. XXIV.

41351. — *N. v. Bernardo, comiti Astariaci,* indultum ut confessor ipsi plenam suorum peccatorum remissionem concedere valeat. (*A.* 31, f. 198 a; *V.* 87, ep. 2979.)

Ut s. T. XXVI.

41352. — *Eidem* indulgetur ut in ecclesia F. O. M. loci de Miranda divina officia celebrare facere valeat, cum dictum locum, in quo domicilium habet, sæpe contingat ex levibus causis generali ecclesiastico supponi interdicto. (*A.* 31, f. 198 b; *V.* 87, ep. 2980.)

Ut s. T. XX.

41353. — *Ep.o Sarlaten., et de Pessano et de Flayrano monast. abbatibus, Auxitanæ di.*, mand. pro receptione Rogerii de Maloleone, cler. Auxitan. di., in ecclesia Auxitana, O. S. A. (*A.* 31, f. 198 b; *V.* 87, ep. 2981.)

Ut s. T. XXIV.

41354. — *Azolinæ relictæ quondam Bonifacii de Samaritanis, mil., viduæ Bononien.*, indultum ut confessor ipsi, semel tantum, in mortis periculo, possit omnium peccatorum suorum remissionem concedere. (*A.* 31, f. 207 a; *V.* 87, ep. 2992.)

Ut s. T. XXX.

41355. — *Bornio de Samaritanis, mil., et Cæciliæ, ejus uxori, civibus Bononien.*, indultum simile. (*A.* 31, f. 207 a; *V.* 87, ep. 2993.)

Datum *Avenione*.

25 maii 1328. (VIII kal. jun.) T. XVIII, XVI.

41356. — *Bonifacio nato n. v. Francisci de Samaritanis, cler. Bononien.*, gratia exsp. unius vel duorum benef., etiamsi unum ex eis dignitas, aut personatus et curatum existat (100 flor. auri), ad collationem archiep.i Ravennaten., in civitate vel di. Ravennaten. — I. e. m. abbati monasterii S. M. de Monte Armato, et de Citanova ac S. M. de Bernunzo plebium archipr.is, Bononien. et Mutinen. di. (*A.* 31, f. 208 [a]; *V.* 87, ep. 2994.)

Ut s. T. XI, XIII.

41357. — *Geraldo de la Pomareda, cler. Tolosanæ di.*, gratia exsp. benef. s. c. (100 l. t.), ad collat. ep.i et capit. Albien. — I. e. m. decano Insulen., Tolosan. di., et Jordano de Columpna, Transligeren. Andegaven., ac de Pardiaco Auxitan. archid.is eccl. (*A.* 31, f. 219 [a]; *V.* 88, ep. 3011.)

Ut s. T. XI, XIII.

41358. — *Arnaldo de Curtibus, cler. Convenar. di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.), ad collat. capit. Convenarum. — I. e. m. Jordano de Columpna archid. Transligeren. Andegaven., et Raimundo Odonis de Spello, Convenarum, ac Raimundo Sancii de Casalibus, Lascurren. can. eccl. (*A.* 31, f. 232 [a]; *V.* 88, ep. 3043.)

Ut s. T. XX.

41359. — *S. Bartholomæi prope Ferrariam, et s. Proculi ac s. Felicis Bononien. monast. abbatibus* mand. pro receptione Andreuciæ, natæ quondam Joannis de Bechadellis, puellæ litteratæ Bononien., in monast. s. Vitalis Bononien., O. S. B. (*A.* 31, f. 262 [b]; *V.* 88, ep. 3125.)

Ut s. T. XX.

41360. — *Ep.o Pistoriensi* mand. ut dispenset Simonem Manay, cler. Pistorien., de soluto et soluta genitum, ut omnes ordines et beneficium etiam c. c. recipere valeat, non obst. defectu natalium. (*A.* 31, f. 257 [b]; *V.* 88, ep. 3128.)

Ut s. T. XX.

41361. — *Bertrando ep.o Ostien., A. S. legato*, mand. ut rectori, communi et populo civitatis Mutinensis justitiam exhibeat contra Arnaldum, ep.um Bononien., qui quamdam turrim, de Canulis nuncupatam, quam ipsi possidebant in civitate Mutinen., occupavit indebite et, quod gravius est, transeuntibus per locum, ubi illa sita est, imposuit et imponit, exegit atque exigit nova pedagia quæ ibidem non sunt exigi consueta. (*A.* 31, f. 275 [b]; *V.* 88, ep. 3144.)

Ut s. T. XI, XIII.

41362. — *Nicolao, nato quondam Joannis de Bononia, rectori eccl. S. Teclæ de Strata s. Stephani Bononien. c. c.*, prov. canon. sub exsp. præb. plebis s. Martini Bononien. — I. e. m. s. Bartholomæi prope Ferrariam, et s. Proculi ac s. Felicis Bononien. monast. abbatibus. (*A.* 31, f. 290 [a]; *V.* 88, ep. 3198.)

Ut s. T. XII, XIV.

41363. — *Nicolao, nato Alexandri de Laporta*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Mutinen., non obst. præpositura eccl. s.s. Senisii et Teoponpi de Castroveteri, et in s. Joannis de Bazoaria canon., ac in s. Stephani de Bazano et S. M. de Casinalbile ecclesiis, Mutinen. di., clericatibus, necnon beneficio c. c. vel s. c., etiamsi dign. existat, ad collationem ep.i et capit. Mutinen., hodie ipsi reservato. — I. e. m. ep.o Mutinen., et de Citanova ac de Bazoaria (*alias* Baijoaria), Mutinen. di., plebium archipresbyteris. (*A.* 31, f. 313 [b]; *V.* 88, ep. 3252.)

Ut s. T. XI, XIII.

41364. — *Joannino, alias dicto Bastardo, nato Joannis de Laporta, cler. Mutinen.*, gratia exsp. beneficii s. c. (50 flor. auri), in civitate vel di. Ferrarien., pertin. ad collationem ep.i Ferrariensis. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 314 [a]; *V.* 88, ep. 3254.)

Ut s. T. XI, XIII.

41365. — *Nicolao, nato Alexandri de Laporta*, gratia exsp. benef. c. c. vel s. c., etiamsi dign. vel personatus existat, in civit. vel di. Mutinen., pertin. ad collationem ep.i et capituli Mutinen., cætera ut s. n. 41363; cum obligatione dimittendi præposituram eccl. s.s. Senisii et Teoponpi, si dignitatem, personatum vel benef. c. c. obtinuerit; dispensatur interim super defectu ætatis (22 an.) (*A.* 31, f. 314 [b]; *V.* 88, ep. 3255.)

Datum *Avenione.*

25 maii 1328. (VIII kal. jun.) T. XI, XIII.

41366. — *Henricho, nato Nicolai de Zessis, cler. Mutinen.*, gratia exsp. benef. s. c. in ecclesia vel di. Tervisin., pertin. ad collat. ep.i Tervisin. — I. e. m. ut s. n. 41363. (*A.* 31, f. 329 b; *V.* 88, ep. 3286.)

Ut s. T. XI, XIII.

41367. — *Geminiano, nato Nicolao de Cesis, de Mutina*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Veronen. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 332 a; *V.* 88, ep. 3287.)

Ut s. T. XI, XIII.

41368. — *Romeo, nato Alberti de Cazanimitis, cler. Bononien.*, gratia exsp. benef. c. c. (vel s. c. 50 flor. auri), ad collationem ep.i et capit. Adrien. — I. e. m. s. Felicis Bononien. et de Nonantula, Mutinen. di., monast. abbatibus, ac mag. Jacobo de Mutina, scolastico ecclesiæ Tullen., cap. Papæ. (*A.* 31, f. 368 b; *V.* 88, ep. 3367.)

Ut s. T. XI, XIII.

41369. — *Hugutioni, nato Cecchi de Casaliculo*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Imolensis. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 369 a; *A.* 33, f. 378 a; *V.* 88, ep. 3368.)

Ut s. T. XI, XIII.

41370. — *Alberico nato Salvatici de Dalphinis* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Ravennaten. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 369 b; *V.* 88, ep. 3369.)

Ut s. T. XI, XIII.

41371. — *Princivalli, nato Salvatici de Dalphinis*, similis gratia in ecclesia Faventina. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 370 a; *V.* 88, ep. 3370.)

Ut s. T. XI, XIII.

41372. — *Philippo, nato Albertucii de Sala*, similis gratia in ecclesia s. Joannis in Persezeto, Bononien. di., etiamsi unum vel duo, ad summum, beneficia se ad invicem compatientia obtineat. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 370 a; *V.* 88, ep. 3371.)

Ut s.

41373. — *Thordino, nato Albergipti quondam Jacobi de Papazonibus*, similis gratia in ecclesia Bononiensi. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 370 b; *V.* 88, ep. 3372.)

Ut s. T. XI, XIII.

41374. — *Philippo Bartholomæi Raynerii, de Arzeleta*, similis gratia in plebe Centi, Bononien. di. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 370 b; *V.* 88, ep. 3373.)

Ut s. T. XX.

41375. — *Capitulo plebis de Pasteno, Bononien. di.*, conc. ut, cum plebem ipsam vacare contigerit, personam idoneam in ipsius archipresbyterum eligere valeant, non obst. quod Papa omnes ecclesias collegiatas provinciæ Ravennatensis dispositioni suæ reservaverit. (*A.* 31, f. 371 a; *V.* 88, ep. 3374.)

Ut s. [1] T. XI, XIII.

41376. — *Bonadano Andreæ de Capeilina, cler. Mutinen.*, gratia exsp. benef. s. c. (50 flor. auri), ad collat. ep.i et capituli Mutinen. — I. e. m. præp. eccl. s. Georgii de Ganaceto, et de Citanova ac de Bajoaria, Mutinen. di., plebium archipr.is. (*A.* 31, f. 382 b; *V.* 88, ep. 3400.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2.

41377. — *Jacobo Petro, nato Antholini Jacobi de Manzolino*, collatio clericatus ecclesiæ s. Savini de Crespelano, Bononien. di., vacantis aut vacaturi; non obst. quod in S. M. de Lacapella et s. Joannis de Orchonechio, Bononien. et Mutinen. di., ecclesiis beneficiatus existat. — I. e. m. de Nonantula, Mutinen. di., et s. Felicis Bononien. monast. abbatibus, ac Jacobo de Mutina, scolastico eccl. Tullensis. (*A.* 31, f. 373 a; *V.* 88, ep. 3383.)

Ut s. T. XII, XIV.

41378. — *Petro Ægidii, mon. monast. S. M. de Montearmato, ord. Vallisumbrosæ, monasterio Vallisumbrosæ, Bononien. et Fesulan. di., immediate subjecti*, gratia exsp. prioratus, seu administr., aut off. vel benef. c. c. vel s. c. etiamsi dignitas fuerit, ad collat. abbatis et conv. dicti monasterii Vallisumbrosæ, cum obligatione dimittendi rectoriam eccl. s. Laurentii de Varegnano, dictæ Bononien. di., monasterio S. M. prædicto immediate subjectæ, et per ipsius monast. monachos solitam gub. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 373 b; *V.* 88, ep. 3384.)

Ut s. T. XX.

41379. — *Priori s. Orientii, et de Pardiaco Auxitan., ac Bernardo de Orbessano, Pampilonen. archid.is eccl.*, mand. ut, si ipsis videbitur, dent licentiam fratribus ord. Minorum de castro Mirandæ, Auxitan. di., ampliandi locum ipsorum, quem quondam

1. Reg. Vat. = VIII idus junii.

Datum *Avenione.*

Matha, n. v. Bernardi comitis Astariaci uxor, in fundo proprio in dicto castro fundavit, quique adeo arctus existit quod fratres in eo habitantes non habent sufficientem aream pro horto et pro ædificandis in eo necessariis officinis; ad quam quidem ampliationem prior prioratus dicti castri, Cisterc. ord., et nonnulli alii se opponunt; supplicante eodem comite. (*A*. 31, f. 386 a; *V*. 88, ep. 3408; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 344, n. 708.)

26 maii 1328 (VII kal. jun.) T. XVI.

41380. — *Decano et capitulo eccl. Belvacensis*. Annotatur quoddam privilegium fe. re. Honorii Papæ III, datum Viterbii XII kal. junii pontificatus ejus anno IV°, quod jam incipit nimia vetustate consumi, et quo dictus Papa privilegia, libertates et immunitates a b. m. Ancelmo, ep.o, et a Milone, tunc electo Belvacensi, ipsis concessa, confirmaverat. (*A*. 30, f. 360 b; *V*. 86, ep. 1820.)

Ut s. Gr. de mand. d.ni vic. T. XVI.

41381. — *Ep.o Archadien., et priori sæcul. S. M. Majoris, ac primicerio S. Marci de Candia Creten. eccl.* mand. ut ep.o et fratribus Montis Synay, ord. S. Basilii, justitiæ complementum exhibeant super eo quod archiep.us Cretensis pecuniam et candelas, quæ distribuuntur pro funeribus fidelium defunctorum qui in cæmeterio eccl. s. Catherinæ de civitate Creten., ad eos spectantis, eligunt sepeliri, per sacerdotes, subditos suos, percipi facit et eos prædictis candelis et pecunia spoliari, quamquam id nunquam per aliquos ex prædecessoribus suis archiep.is Creten., qui fuerunt pro tempore, attemptatum fuerit. (*A*. 30, f. 384 b; *V*. 86, ep. 1863.)

Ut s. — Gr.

41382. — *Eisdem* mand. ut ep.o et fratribus prædictis justitiæ complementum exhibeant super eo quod, ut exposuerunt, b. m. archiep.us Creten., proximus prædecessor Alexandri archiep.i Creten., qui nunc est, quamdam eccl. sitam in quodam loco insulæ Cretensis, vulgariter dicto Quinque buccis, et nonnullas terras ad dictam eccl. pertin., quas ipsi ep.us et fratres habuerunt et habent, quibusdam ex ipsis fratribus ex eis expulsis, occupavit per violentiam et in eis vineas plantari fecit. Præfatus autem Alexander, scienter ecclesiam et terras prædictas occupans, eas ab obitu ipsius prædecessoris detinuit et adhuc detinet contra justitiam occupatas. (*A*. 30, f. 384 b; *V*. 86, ep. 1864.)

Ut s. — Gr.

41383. — *Archiep.o Cretensi* mand. ut ep.o et fratribus prædictis restituat 150 perparos, quos ratione cujusdam ecclesiæ et aliorum bonorum consistentium in insula Creten. et ad eorum ecclesiam, in honorem et sub vocabulo beatæ Catherinæ constructam, spectantium exegit et recepit; cum inhibitione ut a talibus in futurum se abstineat, nam per speciale privilegium Gregorii Papæ eorum ecclesiæ concessum extitit ut ad solutionem cujusvis procurationis vel exactionis Apostolicæ Sedi vel legatis ipsius, seu quibusvis archiep.is vel ep.is, pro rebus et bonis suis, minime teneatur. (*A*. 30, f. 384 b; *V*. 86, ep. 1865.)

Ut s.

41384. — *Hugoni, regi Cipri,* hortatoria ut moderare studeat quamdam ordinationem per ipsum seu de ejus mandato factam, in qua contineri dicitur ut dominium possessionum intra insulam Cipri positarum, quæ per Christifideles ep.o et fratribus supradictis inter vivos donantur seu in ultimis defunctorum voluntatibus relinquuntur, personis sæcularibus adscribatur, fructibus tamen et redditibus ipsarum per eosdem percipiendis, cujus ordinationis prætextu hæredes earumdem personarum non solum ad proprietatem, sed etiam ad usum fructuum ipsarum possessionum extendunt illicite manus suas. (*A*. 30, f. 385 a; *V*. 86, ep. 1866.)

Ut s. — Gr.

41385. — *Bertrando Rotundi, can. Vivarien., in partibus Venetiarum Papæ et A. S. nuntio,* mand. ut absolvat Nicolaum, dictum Lion, de Acon, laicum, olim ep.i et fratrum prædictorum procuratorem, in dictis partibus commorantem, ab excommunica

Datum *Avenione.*

tione ex eo incursa quia contra prohibitionem S. A. in Alexandriam ire præsumpsit (*A.* 30, f. 385 a; *V.* 86, ep. 1867.)

26 maii 1328. (VII kal. jun.) Gr.

41386. — *Archiep.o Capuano* mand. ut ep.o et fratribus supradictis justitiæ complementum exhibeat contra Joannem Saut, civem Isclan., qui cum quibusdam galeis ad partes illas accedens eis et eorum ecclesiæ multa intulit damna multaque bona, quæ per mare pro eorum sustentatione de Cretæ insula portabantur, eisdem exinde abstulit violenter et secum nequiter asportavit. (*A.* 30, f. 385 a; *V.* 86, ep. 1868.)

Ut s. — Gr.

41387. — *Ep.o Archadien., et priori S. M. in Burgocandido, ac primicerio ecclesiæ s. Marci de Candida Creten.* mand. ut ep.o et fratribus prædictis justitiæ complementum exhibeant contra illos qui possessiones, ad ipsos et ipsorum ecclesiam pertinentes et in insula Cretæ consistentes, sub annuo redditu sive censu eisdem locatas detinent, quique hujusmodi redditum sive censum eis solvere indebite contradicunt. (*A.* 30, f. 385 b; *V.* 86, ep. 1869.)

Ut s. — Gr.

41388. — *Petro de Manso, can. Nicosien., et Arnaldo de Fargis, O. P., in regno Cipri Papæ et A. S. nuntiis,* mand. ut ep.o et fratribus supradictis concedant in perpetuum ecclesiam S. M. de Lacava, sitam prope civitatem Famagustanam, quæ de facto detineri dicitur occupata, prope quam desiderant monasterium in honorem B. M. V. et s. Catherinæ construere, ac in eadem ecclesia divina officia celebrare, multi enim ex ipsis fratribus, in regno Cipri orationibus insistentes, habitant in eremis et desertis; dummodo de valore reddituum ejusdem ecclesiæ et ad quem vel ad quos collatio, institutio vel ejus præsentatio pertinet diligentius informati, consensus eorum, ad quos ipsius ecclesiæ collatio seu præsentatio pertinet, concurrerint in præmissis. (*A.* 30, f. 385 b; *V.* 86, ep. 1870.)

Ut s. — Gr.

41389. — *Hugoni, regi Cipri,* mand. ut ep.o et fratribus jam dictis restitui faciat redditum unius libræ auri quem, ex antiqua concessione regum Cipri, consueverunt de proventibus regiis civitatis Famagustanæ percipere annuatim, et quem eis prædecessores ipsius Hugonis et ipse etiam, a tempore quo terra Sancta a Sarracenis extitit occupata, subtraxerunt. (*A.* 30, f. 386 a; *V.* 86, ep. 1871.)

Ut s. T. XI, XIII.

41390. — *Roberto Comitalis, presb. Riven. di.,* gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t. sec. tax. dec.), pertin. ad collat. ep.i Riven. — I. e. m. priori de Serris Lascurren., et Transligeren. Andegaven., ac de Pardiaco Auxitan. archid.is eccl. (*A.* 30, f. 518 a; *V.* 87, ep. 2008.)

Ut s. T. XI, XIII.

41391. — *Rodulpho, nato Gratiæ de Florano,* provisio canon. sub exsp. præb. ecclesiæ Faventin. — I. e. m. de Citanova et de Bajoaria plebium archipr.is, Mutinen. di., ac scolastico eccl. Tullen. (*A.* 31, f. 252 a; *V.* 88, ep. 3229.)

Ut s. T. XI, XIII.

41392. — *Geminiano, nato Alexandri de Laporta, can. eccl. s.s. Senisii et Teoponpi de Castroveteri, Mutinen. di.,* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Ferrarien. — I. e. m. ut s. n. 41363. (*A.* 31, f. 314 a; *V.* 88, ep. 3253.)

27 maii 1328. (VI kal. jun.) T. IV[xx].

41393. — *Ruffinus Rati de Oppizonibus, mon. monast. s. Marciani Terdonen., O. S. B.,* fit abbas monasterii s. Petri de Percipiano, dicti ord., Terdonen. di., vac. per translationem Bonifacii ad præfatum monasterium s. Marciani. — I. e. m. conv. et vassallis dicti monast. s. Petri; ep.o Terdonensi. (*A.* 31, f. 116 a; *V.* 87, ep. 2809.)

Ut s. T. VI[xxvi]

41394. — *Angelus, præp. eccl. Ravennaten., diac.,* fit ep.us eccl. Castellanæ, quam post privationem Jacobi, fautoris Ludovici de Bavaria, eidem Angelo Papa commendaverat. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Castellan.; clero et populo civit. et di.; patriarchæ Graden. (*A.* 31, f. 191 a; *V.* 87, ep. 2944.)

Ut s. T. XXII.

41395. — *Gottifredo de Spinulis de Luculo, archid. Januen., et Francisco de Clavaro, Saonen., ac Andreæ de Setia, Urgellen. can. eccl.,* mand. ut Francisco Bonajuntæ, rec-

Datum *Avenione*.

tori eccl. s. Cataldi s. c., Terdonen. di., conferant archipresbyteratum eccl. de Ganio, Januen. di., quæ collegiata existit, per obitum Ansaldi Calvini apud S. A. prævia generali reservatione omnium ecclesiarum collegiatarum provinciæ Januen., per PP. facta vacantem. (*A*. 31, f. 224 [b]; *V*. 88, ep. 3023.)

27 maii 1328. (VI kal. jun.)

41396. — *Ponsardo Ludoini de Donzeyo, cler. non conjugato nec in sacris ord. constituto Remen. di.*, conc. tabellionatus off., cum forma juramenti fidelitatis ab ipso R. E. præstandi. (*A*. 29, f. 132 [b].)

28 maii 1328. (V kal. jun.) T. VII[XXVI].

41397. — *Jacobus de Columpna, can. Noviomen., clericali dumtaxat caractere insignitus, et in* XXVII *ætatis suæ anno constitutus*, fit ep.us eccl. Lomberiensis, vacantis per translationem Arnaldi ad ecclesiam Claromonten. — I. e. m. capitulo et vassallis eccl. Lomberien.; clero et populo civitatis et di. Lomberien.; archiep.o Tolosano; Philippo R. F. (*A*. 30, f. 474 [a]; *V*. 87, ep. 2133.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2.

41398. — *Joanni Mayresii* collatio canon. eccl. s. Bernardi de Romanis, Viennen. di., in qua, licet sit certus can. numerus, præbendarum tamen distinctio non habetur; non obst. quod in Valentin. et s. Petri de burgo Valentin. canon. et distributiones seu portiones canonicales, et in s. Petri Arien., Morinen. di., eccl. canon. et præb., ac quoddam perp. benef. ecclesiasticum, « temporas » nuncupatum, dictæ Valentin. ecclesiæ canonicis assignari consuetum, in civitate Valentin. obtineat. — I. e. m. ep.o Valentin., et Nicolao de Ceccano, Belvacen., ac Stephano Mercerii, Valentin. can. eccl. (*A*. 30, f. 479 [b]; *V*. 87, ep. 2169.)

Ut s. T. XII, XIV.

41399. — *Guillelmo de Sancto Vincentio, canonico Gerundensi*, indulgetur ut, ad triennium, fructus præbendæ suæ eccl. Gerunden., in qua propter inimicitias non potest tute manere, integre percipere valeat; supplic. Alphonso, rege Aragonum. — I. e. m. de Balneolis, et Amerien., Gerunden. di., monast. abbatibus, ac archid. eccl. Tirasonensis. (*A*. 31, f. 130 [a]; *V*. 87, ep. 2822.)

Ut s. T. LXXX, LXXXII.

* **41400**. — Quædam ordinantur et declarantur circa testamentum b. m. Vitalis, ep.i Albanen., O. F. M. professoris, qui Navarram, priorissam et conventum monast. sororum s. Saturnini Tolosan., quod per priorissam gubernatur, O. S. A., sibi universales hæredes instituit. — I. e. m. ep.o Castren., et præp. ac archid. Veterismoresii eccl. Tolosan. (*A*. 31, f. 417 [a]; *V*. 88, ep. 3491; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 344, n. 710.)

29 maii 1328. (IV kal. jun.) T. XVI.

41401. — *Joanni dicto Wallensis* (sic), *cler. non conjugato nec in sacris ord. constituto Lincolnien. di.*, conc. tabellionatus off., cum forma juramenti fidelitatis R. E. ab ipso præstandi. (*A*. 29, f. 134 [b]; *V*. 85, ep. 1025.)

Ut s. T. XVI.

41402. — *Guillermo de Barrio, cler. non conjugato nec in sacris ord. constituto Sarlaten. di.*, conc. tabellionatus off., cum forma juramenti fidelitatis E. R. ab ipso præstandi. (*A*. 29, f. 134 [b]; *V*. 85, ep. 1027.)

Ut s. Gr. pro Deo.

41403. — *Priorissæ et sororibus monast. b. Marthæ de Limoso, quod per priorissam gubernatur, O. S. A., Narbonen. di.*, indulgetur ut cæmeterium prope ecclesiam seu claustrum dicti monasterii habere valeant, in quo sorores et conversæ ipsius monast. possint, cum decesserint, sepeliri, quodque de cera seu candelis pro earumdem decedentium exequiis nihil ratione parochialis eccl. s. Martini de Limoso, Narbonen. di., infra cujus limites monasterium ipsarum dicitur esse fundatum, ab ipsis seu dicto monast. exigi valeat. Attenta igitur ipsarum paupertate inhibetur ne de oblationibus quæ ipsis seu dicto monasterio offeruntur, rector, seu perp. vicarius, aut capellanus vel quivis ministri dictæ parochialis eccl., præsentes et posteri, quicquam petere vel exigere præsumant, quapropter quoad præmissa ipsæ et dictum monast. ab omni jure, potestate et superioritate dictæ parochialis eccl., necnon rectoris, seu perp. vi-

Datum *Avenione*.

carii, ac capellani et quorumlibet ministrorum ipsius ecclesiæ in perp. eximuntur. (*A*. 30, f. 395 [b]; *V*. 86, ep. 1902.)

29 maii 1328. (IV kal. jun.) T. XI, XIII.

41404. — *Petro de Avencho* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Urgellensis; non obst. in Vicensi eccl. canon. sub exsp. præb. et præposituræ, necnon præstimonio sive cappellanino de Odena, s. c., Vicen. di. — I. e. m. abbati monast. s. Saturnini de Tavernulis, Urgellen. di., et archid. Vicen., ac Arnaldo Squerdi, can. Majoricen. eccl. (*A*. 30, f. 452 [a]; *V*. 87, ep. 2123.)

Ut s. T. XI, XIII.

41405. — *Ubertino, nato Joannis de Arcellis*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Cumanæ. — I. e. m. abbati monasterii s. Sepulchri Placentin., et præp. s. Joannis de Domo Placentin., ac archipr. de Cagnano, Placentin. di., eccl. (*A*. 30, f. 457 [b]; *V*. 87, ep. 2139.)

Ut s. T. XI, XIII.

41406. — *Leonardino, nato Joannini de Arcellis*, similis gratia in ecclesia Laudunensi. — I. e. m. præp. et archipr. supradictis, ac Ubertino de Vicecomitibus, de Placentia, can. Ambianen. eccl. (*A*. 30, f. 458 [b]; *V*. 87, ep. 2140.)

Ut s. T. XI, XIII.

41407. — *Gabrieli, nato Joannis Cupalatæ*, provisio canon. sub exsp. præb. eccl. Lexoviensis. — I. e. m. præp. s. Joannis de Domo Placentin., et archipr. de Cagnano, Placentin. di., cap. Papæ, et Ubertino de Vicecomitibus, de Placentia, can. Ambianen. eccl. (*A*. 30, f. 460 [a]; *V*. 87, ep. 2143.)

Ut s. T. XX.

41408. — *Ep.o Placentin.* mand. ut dispenset Janacinum de Palastrolis, scolarem Placentin., e soluto et conjugata genitum, ut ad omnes ordines promoveri et benef. etiam c. c. recipere valeat. (*A*. 30, f. 548 [b]; *V*. 87, ep. 2302.)

Ut s. T. XI, XIII.

41409. — *Raimondo Cayroli, cler. Ruthenen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. s. c. (40 lib. tur. parvorum), in civit. vel di. Ruthenen., pertin. ad collationem ep.i Ruthenensis. — I. e. m. abbati monast. de Conchis, Ruthenen. di., et majori, ac s. Antonini eccl. Ruthenen. archid.is. (*A*. 30, f. 571 [b]; *V*. 87, ep. 2343.)

Ut s. T. XXX.

41410. — *Ep.o Placentin.* mand. ut, si sibi videbitur expedire, archidiaconatui ecclesiæ Placentin. uniat præbendam et domos quas nunc Jacobus Salvagni, archid. ipsius eccl., obtinet; nam, ut ipse exposuit, archidiaconalis dignitas a præbendis canonicalibus ejusdem ecclesiæ separata est, modicos habet redditus ad dignitatem ipsam spectantes de quibus redditibus, nisi archidiaconus sit in dicta eccl. can. præbendatus, non potest commode sustentari nec habet etiam idem archidiaconus, ratione dicti archidiaconatus, domos aliquas pro habitatione ipsius, sicut habent ceteri canonici Placentini. (*A*. 30, f. 620 [a]; *V*. 87, ep. 2468.)

Ut s. T. XL, XLII.

41411. — *Jacobo, regi Majoricarum*, indultum ut VIII clerici sui, domestici et famil., suis obsequiis insistentes, fructus omnium benef. suorum integre percipiant ad aliud triennium, a fine alterius triennii ipsi jam concessi computandum. — I. e. m. Majoricen. et Elnen. ep.is, ac abbati monasterii de s. Genesio Elnen. di. (*A*. 31, f. 87 [a]; *V*. 87, ep. 2761)

Ut s. T. XI, XIII.

41412. — *Bernardino, nato Philippini de Luschis, civis Regin., cler. Regin.*, gratia exsp. beneficii sæcul. s. c., (50 flor. auri), in civitate vel di. Regin., ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Apollonii de Canossa, O. S. B., Regin. di. — I. e. m. Regin., et de Prato ac de Rivalta, Regin. di., archipr.is eccl. (*A*. 31, f. 249 [a]; *V*. 88, ep. 3065.)

Ut s. T. XI, XIII.

41413. — *Francisco, nato n. v. Bonifacii de Arcellis, clerico Placentin. di.*, gratia exsp. beneficii ecclesiastici s. c. (50 flor. auri), ad disposit. patriarchæ Aquilegen. spectantis, in di., civitate vel patriarchatu Aquilegen. — In e. m. abbati monast. s. Sepulcri, et præp. s. Joannis de Domo Placentin., ac archipr. ecclesiarum de Cagnano, Placentin. di. (*A*. 31, f. 285 [b]; *V*. 88, ep. 3174.)

Datum *Avenione*.

29 maii 1328. (IV kal. jun.) T. XI, XIII.

41414. — *Galvano, filio quondam Ægidii de Rocha*, prov. canon. sub exsp. præb. plebis de Pomario, Placentin. di. — I. e. m. ut s. (*A*. 32, f. 246 [b]; *V*. 88, ep. 3176.)

Ut s. T. XI, XIII.

41415. — Item in ecclesia s. Joannis de Modoetia, Mediolanensis di., *Philippo, filio Joannis de Sicca militis*. — In e. m. ut s. (*A*. 32, f. 246 [b]; *V*. 88, ep. 3177.)

Ut s. T. XI, XIII.

41416. — Item in eccl. S. M. de Bigulis Placentin. *Guillelmo Gati de Pomario*. — In e. m. abbati monast. s. Sisti Placentin., et præp. s. Joannis de domo Placentin., ac archipr. de Cagnano, Placentin. di., eccl. (*A*. 32, f. 247 [a]; *V*. 88, ep. 3179.)

Ut s. T. XI, XIII.

41417. — *Leonardo, filio Joannis Cupalatæ*, item in ecclesia s. Antonini Placentin. — In e. m. ut s., n. 41414. (*A*. 32, f. 247 [a]; *V*. 88, ep. 3180.)

Ut s.

41418. — *Paulo, filio quondam Riccardi de Arcellis*, item in eccl. Pergamensi. — In e. m. ut s., n. 41416. (*A*. 32, f. 247 [a]; *V*. 88, ep. 3181.)

Ut s. T. XI, XIII.

41419. — *Joanni, nato Oberti Sanaxerii*, prov. canon. sub exsp. præb. plebis s. Petri de Duliaria, Placentin. di. — I. e. m. ut s., n. 41414. (*A*. 31, f. 286 [a]; *V*. 88, ep. 3188.)

Ut s. T. XI, XIII.

41420. — *Bernardo, nato Alberti de Castronovo*, similis gratia in plebe s. Martini de Turrano, Placentin. di. — I. e. m. ut s. (*A*. 31, f. 286 [b]; *V*. 88, ep. 3189.)

Ut s. T. XX.

Ut s. T. XI, XIII. **42349.** — *Arnaldo Jordani* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Castrinovi de Arrio, s. Papuli di. — I. e. m. præp. Riven., et Joanni de Castronovo ac Bernardo de Sabalia, can. Tolosanæ eccl. (*A.* 31, f. 294 a; *V.* 88, ep. 3213.)

Ut s. T. XI, XIII. **42350.** — *Joanni Servati* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Caprasii Agennen. — I. e. m. ut s., n. 42335. (*A.* 31, f. 294 a; *V.* 88, ep. 3214.)

Ut s. T. XI, XIII. **42351.** — *Hermanno, nato Renheri de Talwich mil.*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. S. M. Erforden., Maguntin. di. — I. e. m. decano Fritzlarien., Maguntin. di., et ejusd., ac mag. Jacobo de Mutina, cap. Papæ, Tullen. scolastico eccl. (*A.* 31, f. 300 a; *V.* 88, ep. 3223.)

Ut s. T. XIII 1/2, XV 1/2. **42352.** — *Jordano de Palatio, can. præben. eccl. Albien.*, gratia exsp. dign., personatus, vel off. s. c. in ead. eccl.; non obst. in Lomberien. et s. Martini de Insula Jordani ecclesiis canon. et præb., et quibusdam benef., s. c., s. Martini de Sepodiis et s. Joannis de Podiobuscano ecclesiarum, Tolosan. et s. Papuli di., aut defectu ætatis (22 an.). — I. e. m. ut s., n. 42343. (*A.* 31, f. 303 a; *V.* 88, ep. 3226.)

Ut s. T. XX. **42353.** — *Præp. Riven., et archid. de Tornesio Caturcen., ac Joanni de Castronovo, can. Tolosan. eccl.*, mand. pro receptione Raimundi de Montesquivo, cler. Tolosani, in eccl. Appamiarum, O. S. A. (*A.* 26, f. 303 b; *A.* 31, f. 287 b; *V.* 88, ep. 3227.)

Datum *Avenione.*

2 (IV non.) *sept. 1328.* T. XI, XIII.

42354. — *Guillelmo Bernardi, de Brugueriis*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Montisregalis, Carcassonen. di. — I. e. m. prædictis mandatariis. (*A.* 32, f. 413 b; *V.* 88, ep. 3251.)

Ut s. T. XI, XIII.

42355. — *Bernardo Tornerii, cler. Appamiarum di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t.), in civit. vel di. Appamiarum, ad collat. ep.i et capit. Appamiarum. — I. e. m. abbati monast. Athanacen. Lugdunen., et decano Engolismen., ac archid. Caturcen. eccl. (*A.* 31, f. 326 b; *V.* 88, ep. 3273.)

3 (III non.) *sept. 1328.* T. L.

42356. — *N. m. Blancæ comitissæ Sabaudiæ.* Absolvuntur ipsa, filiæ et familia ejus ab excom. sententia incursa ex eo quod quibusdam mercatoribus Florentin., statutis terminis, quasdam pecuniæ summas, ab Eduardo, viro suo, nomine mutui receptas, non solvit, dummodo infra annum a data præsentium eisdem mercatoribus integre satisfactum fuerit. (*A.* 31, f. 87 a; *V.* 87, ep. 2749.)

Ut s. T. XI, XIII.

42357. — *Ramundo Maurandi, XI annum agenti*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Mirapiscensis. — I. e. m. præp. Riven., et archid. de Tornesio Caturcen., ac Joanni de Castronovo, can. Tolosan. eccl. (*A.* 31, f. 297 a; *V.* 88, ep. 3216.)

4 (II non.) *sept. 1328.* T. XXIV.

42358. — *Archid. de Lara Burgen. et thesaurario Cartaginen., ac scolastico Salamantin.* mand. ut Petro Fernandi, cler. Legionen. di., conferant canon. et præb. eccl. Civitaten., vacantia per obitum Alphonsi Petri; non obst. in eccl. s. Andreæ Civitaten. quodam benef. s. c., et dimidia portione in di. Salamantin. (*A.* 31, f. 77 a; *V.* 87, ep. 2743.)

Ut s. Gr. pro pers. card.

42359. — *Petro s. Praxedis presb. card.* reservantur canon., præb. et omnia præstimonia, vacatura in eccl. Burgen. per consecrat. Valasci, electi Portugalensis. — I. e. m. archid., et thesaur., ac Alphonso Roderici, can. eccl. Cartaginen. (*A.* 30, f. 170 a; *V.* 87, ep. 2814.)

Ut s. Gr. pro pers. card.

42360. — *Eidem* collatio canon., præb., archidiac. de Salves et præstimoniorum eccl. Compostellan., vac. per obitum Raimundi S. M. in Cosmedin diac. card., apud S. A. defuncti; cum dispens. super pluralitate benef. — I. e. m. ut s. (*A.* 30, f. 170 b; *V.* 87, ep. 2815.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2.

42361. — *Petro de Blanhaco* collatio decimarum de Lauro, in parochia ecclesiæ de Lauro, Agennen. di., vac. per consecrationem Aiquelini, ep.i Engolismen., cui b. m. Bertrandus, ep.us Agennen., illas in beneficium perp. assignaverat, etiamsi forsan de mensa ep.i Agennen. existant et, præfato Aiquelino eas dimittente, eo ipso debuissent ad eamdem mensam reverti; non obst. in Burdegalensi canon. et præb., et in s. Æmiliani, Burdegalen. di., eccl. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. archid. Nanneten., et succentori Biterren., ac Oliverio de Cerzeto, can. Pictaven. eccl. (*A.* 31, f. 126 a; *V.* 87, ep. 2821.)

Ut s. T. XII, XIV.

42362. — *Henrico de Juliaco, can. eccl. Bunnen., Colonien. di.*, indult. ut, apostolicis obsequiis vel litt. studio in loco ubi illud vigeat generale insistendo, aut in aliquo benef. suorum residendo, fructus eorumdem usque ad triennium integre percipiat. — I. e. m. mag. Bernardo Stephani, Figiacen. Caturcen., Papæ not., et Joanni de Lescapone, Nanneten. archid.is, ac decano Xancten., Colonien. di., eccl. (*A.* 31, f. 162 b; *V.* 87, ep. 2897.)

Ut s. T. XII, XIV.

42363. — *Petro de Blanhaco, can. Burdegalen.*, indulgetur ut Tolosæ vel alibi in loco ubi studium vigeat generale litteris insistendo fructus benef. suorum ad triennium integre percipiat. — I. e. m. abbati monast. de Faysia, Burdegalen. di., et Joanni de Lescapone, archid. Nanneten., ac Amalvino Chausa, succentori Biterren. eccl. (*A.* 31, f. 174 a; *V.* 87, ep. 2904.)

Datum *Avenione.*

4 (II non.) *sept. 1328.* T. XI 1/2, XIII 1/2.

42364. — *Francisco Caneti, presb. Gerunden. di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t.), ad collat. perpetui capellani eccl. s. Genesii de Turricella, de Montegrino, Gerunden. di.; cum obligatione dimittendi presbyterale benef. s. c., (40 lib. barchinonen.), pro defunctis institutum in dicta eccl. — I. e. m. abbati monasterii s. Petri de Gallicantu, Gerunden. di., et archid. de Silva Gerunden., ac Arnaldo Squerdi, can. Majoricen. eccl. (*A*. 31, f. 237 a; *V*. 88, ep. 3050.)

Ut s. T. XXVI.

42365. — *Eximino Petri de Ayerbe, cler. Oscen. di., e conjugato et soluta genito*, dispens. ut ad omnes ord. promoveri et beneficium c. c. vel s. c. recipere ac una cum portione, quam in eccl. Legionen., ac tribus præstimoniis, quæ in di. Legionen. auct. ordinaria obtinet, (25 flor. auri), retinere valeat. (*A*. 31, f. 276 a; *V*. 88, ep. 3149.)

Ut s. T. XXVI.

42366. — *Sancio Bertrandi de Ayerbe, cler. Oscen. di., e conjugato et soluta genito*, dispens. ut omnes ord. et benef. c. c. vel s. c. recipere, necnon canon. et præb., quæ in eccl. Legionen., ac tria præstimonia, quæ in Legionen. di. obtinet, retinere valeat. (*A*. 31, f. 270 b; *V*. 88, ep. 3155.)

Ut s. T. XX.

42367. — *Eximino Garsiæ de Lavata, cler. Oscen. di., e soluta et soluto genito*, dispens. ut ad omnes ord. promoveri et beneficium etiam c. c. recipere et una cum portione, quam in eccl. Legionen., ac quatuor præstimoniis, quæ in Legionen. di. auct. ordinaria obtinet retinere valeat. (*A*. 31, f. 279 a; *V*. 88, ep. 3158.)

Ut s. T. XI, XIII.

42368. — *Joanni Sancii, filio Fernandi Sancii, militis*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Palentin.; non obst. in Salamantin. eccl. canon., præb. et præstimoniis. — In e. m. priori S. M. de Valleoleti, Palentin. di., et majori, ac Ulmeten. eccl. Abulensis archidiaconis. (*A*. 33, f. 456 a; *V*. 88, ep. 3403.)

Ut s. T. XI, XIII.

42369. — *Alphonso Fernandi de Arevalo, cler. Abulen. di.*, reservantur perpetua portio in eccl. Salamantin., necnon præstimonia perpetui portionarii ipsius eccl., in qua certus portionariorum numerus, certas portiones inibi obtinentium, institutus existit; non obst. in eccl. de Lomoveio, Abulen. di., dimidia portione præstimoniali. — I. e. m. decano Legionen. et de Arevalo Abulen., ac de Moya Conchen. archid.is eccl. (*A*. 31, f. 384 a; *V*. 88, ep. 3404.)

Ut s. T. XI, XIII.

42370. — *Joanni Petri* prov. canon. eccl. Astoricen. sub exp. præb. ac præstimoniorum et præstimonialium portionum. — I. e. m. Abulen. et Ulmeten., ejusd. Abulen., ac de Campis Palentin. eccl. archid.is. (*A*. 31, f. 384 a; *V*. 88, ep. 3405.)

Ut s. T. XX.

42371. — *Decano Legionen., et de Ulmeto Abulen., ac de Moya Conchen. archid.is eccl.* mand. ut Joanni de Currali, can. præbendario eccl. Salamantin., reservent præstimonia ipsius ecclesiæ usque ad extimationem annuam 80 marabotinorum bonæ monetæ, prout quilibet canonicus potest juxta consuetudinem seu statutum ejusd. ecclesiæ. (*A*. 31, f. 387 b; *V*. 88, ep. 3411.)

Ut s. T. XI, XIII.

42372. — *Petro Gundisalvi* prov. canon. sæcularis eccl. Vallisoleti, Palentin. di., sub exsp. præb. et præstimoniorum; non obst. in Aldea majori, dictæ di., perpetuo præstimonio. — I. e. m. decano Legionen. et Ulmeti Abulen., ac de Campis Palentin. archid.is eccl. (*A*. 31, f. 388 a; *V*. 88, ep. 3412.)

Ut s. T. XXII.

42373. — *Priori sæcul. S. M. de Valleoleti, Palentin. di., et decano Legionen., ac scolastico Palentin. eccl.* mand. ut Alphonso Sancii conferant canon., præb. et præstimonia eccl. Fusselen., Palentin. di., vac. per assecutionem abbatiæ ejusdem eccl., quæ tunc destituta erat abbate per obitum Garsiæ Petri, Munioni Didaci per PP. collatæ; non obst. in Abulen. archidiaconatu de Ulmeto, canon. sub exsp. præb. et quadam perp. portione, ac in Civitaten., et Vallisoleti, Palentin. di., eccl. canon. et præb., ac in Abulen. et Civitaten. di. præstimoniis quæ habeantur pro expressis. (*A*. 31, f. 389 a; *V*. 88, ep. 3413.)

JOANNIS PAPÆ XXII

(1316-1334)

LITTERÆ DE CURIA

ANNI XII

(*5 sept. 1327 — 4 sept. 1328*)

Datum *Avenione*.

29 nov. 1327. (III kal. dec.)

42374. — Romanæ Ecclesiæ annectitur monasterium s. Euticii de Vallecastoriana, Spoletan. di., cum suis fortalitiis et juribus, ex eo quod locus est fortis, ac pro habitatione rectoris ducatus Spoletani vel officialium ejus atque pro securitate fidelium earumdem partium valde propitius; retenta tamen portione congrua pro priore et monasterio. — In e. m. Joanni de Amelio, archid. Forojuliensi, rectori ducatus Spoletani, mandatur ut possessionem dicti monasterii, nomine R. E., accipiat et de fructibus, redditibus, proventibus et obventionibus universis Petro Maynade, rectori eccl. de Vergerolio, Xanctonen. di., provinciæ ducatus præfati thesaurario, respondeat. (*A.* 29, f. 76 b; *V.* 85, ep. 7, B, *de curia.*)

13 (id.) *dec. 1327.*

42375. — *Magistris Hugoni de Mirabello, præp. Mimaten., et Bernardo de s. Mauritio, præcentori Autissiodoren. ecclesiarum, papæ capellanis et A. S. nunciis*, respondetur non valere collationes, vigore facultatis ipsis a papa concessæ conferendi beneficia c. c. vel s. c. vacantia virtute constitutionis « *Execrabilis* » vel per acceptationem posterioris beneficii et ideo a S. A. reservata, in Terraconen. et Cæsaraugustan. civitatibus, diœcesibus et provinciis, cum consilio Terraconen. et Cæsaraugustan. archiepiscoporum, factas ab ipsis in civitate, di. et provincia Terraconen., sine consilio personali Eximini, archiep.i Terraconensis apud S. A. existentis et suum consilium dictis nunciis committentis. (*A.* 29, f. 76 a; *V.* 85, ep. 7, A, *de curia.*)

12 (IV id.) *mart. 1328.*

42376. — Iteratum edictum tam apostolica quam imperiali auctoritate, quæ ad Papam Imperio vacante pertinet, continens citationem personalem intra trium mensium spatium contra nonnullos in Lombardiæ superioris, Marchiæ et Januen. partibus cudentes et fabricantes florenos auri secundum formam et cunium florenorum civitatis Florentinæ. (*A.* 29, f. 75 a; *V.* 85, ep. 2, *de curia.*)

Datum *Avenione*.

6 (VIII id.) *apr. 1328.*

42377. — Inhibitio, sub excom. pœna ipso facto incurrenda, ne in civitate Avenionen. ejusque suburbiis, quamdiu Papa in ea residentiam faciet, aliquis armata spectacula, quæ astiludia seu justas vulgus appellat, exercere præsumat. (*A*. 29, f. 75 b; *V*. 85, ep. 3, *de curia.*)

8 (VIII id.) *maii 1328.*

42378. — *Archiep.is, ep.is et aliis prælatis in regno Hungariæ constitutis* mandatur ut a Cumanis, Alachis, Sclavis et aliis infidelibus, ad fidem catholicam Caroli regis Hungariæ inductione conversis, benigne decimam exigant quousque conversi ipsi in fide prædicta perfecti et roborati fuerint; asserunt enim se ad fidem invitari ut dent clericis bona sua. (*A*. 29, f. 75 b; *A*. 30 [1], f. 419 b; *V*. 85, ep. 4, *de curia*; Theiner, *Monumenta historica Hungariæ*, t. I, p. 519, n. DCCCII.)

29 jun. 1328 (III kal. jul.)

42379. — *Mathiæ, archiep.o Maguntino*, mand. ut canonicis et personis ecclesiasticis eccl. Spiren., a quibus Hunibel, dictus de Licthemberc, Ludovici de Bavaria fautor et advocatus, per vim juramentum exegit quod mandata apostolica non reciperent, intimare studeat dictum juramentum nullum a Papa fuisse declaratum. (*A*. 29, f. 75 b; *V*. 85, ep. 5, *de curia.*)

8 (VI id.) *aug. 1328.*

42380. — *Borchardo, archiep.o Bremen.*, facultas relaxandi interdictum cui supposita fuit ecclesia Caminensis atque absolvendi canonicos ejusdem eccl. ab excom. per eos incursa ex eo quod Arnoldum, ep.um Caminen., per Papam provisum, recipere noluerunt. (*A*. 29, f. 76 a; *V*. 85, ep. 6, *de curia.*)

1. In margine regestri legitur : « *Scripta est in quaterno de curia* ».

APPENDICES AD DUODECIMUM BULLARII JOANNIS PAPÆ XXII ANNUM

I

Instrumenta miscellanea Vaticana quæ in capsula, dicta vicesima secunda, anni 1327 reperiuntur.

5 sept. 1327.

42381. — Copia cujusdam sententiæ latæ die XXII aug. 1327 in favorem monast. s. Crucis Fontis Avellanæ, Eugubin. di., contra *Martinum Danielis Fabri de villa Descente, comitatus Arimini*, super hospitali domini Candulfini de Cesena et pertinentiis suis. (*Perg. magnum*; n. 20.)

16 sept. 1327-22 dec. 1328.

42382. — Inquisitio habita super ponderibus et stateris sive ballansietis campsorum Romanam curiam sequentium, de mand. marescalli Papæ. Adnotantur condemnationes illorum quorum pondera non signata nec legalia reperta fuerunt, et absolutiones aliorum bona pondera habentium. (*Quaternio cartaceus X foliis constans, cujus dimidia pars tantum scripta est*; n. 37; *Mémoires de l'Académie de Vaucluse*, 2e série, t. V (1905), p. 271-279.)

25 sept. 1327, (Xa indictione).

42383. — *Amelius, Castren. ep.us, Marchiæ Anconitanæ rector*, scribit Papæ de benedictionis munere Francisco, abbati monast. S. M. de Claravalle de Flastra, ord. Cisterc., Camerinen. di., impenso, et de juramento fidelitatis per ipsum præstito. (*Originale pergamenum et parvum*; n. 22.)

Die lunæ, 28 sept. (IV kal. oct.) *anno 1327.*

42384. — *Petrus, Cæsaraugustan. archiep.us*, recepit a Joanne, ep.o Mindonien., juramentum fidelitatis. (*Originale pergamenum*; n. 23.)

30 sept.-12 oct. 1327.

42385. — Computum solutionis subsidii in di. Condomien., a pontifice impositi X kal. aug. a. X°, ratione guerræ quæ in diversis Italiæ partibus grassatur. (*Pergamenum originale, constans quatuor petiis insimul sutis*; n. 26.)

Marmandæ, die 2a mensis octobris 1327.

42386. — Instrum. quo Robertus Bertrandi, d.nus de Briquebeco, marescallus Franciæ et locumtenens d.ni F. et N. regis in partibus Vasconiæ, certificat seipsum, die ultima sept. anno 1327, inspexisse litteras Caroli, F. et N., (9 maii 1327) et Edwardi, Angliæ regum, super pace tractanda. (*Pergamen cum vitta membranacea*; n. 12.)

13 oct. 1327, ind. XIa.

42387. — *Bertrandus Cariti, archid. Vauren., et Guillelmus Dulcini, O. F. P.*, mandant priori, potestati, capitaneo, communi et universitati Assisinaten. ut restituant

thesaurum E. R., dudum ex ecclesia fratrum Minorum Assisinaten. violenter subtractum (*Orig. perg. magnum*, n. 24; *Regestum Clementis papæ V*, t. I, p. CCVI-CCXII.)

18 oct. 1327.

42388. — *Aymarius, Vivarien. ep.us*, scribit Joanni XXII se recepisse a Bernardo, ep.o Aniciensi, fidelitatis solitum juramentum juxta mand. apost. (vi id. aug., a. xi). Datum die dominica in festo beati Lucæ evangelistæ, anno 1327. (*Originale pergamenum*; n. 25.)

8 nov. 1327.

42389. — *Dominicus, patriarcha Graden.*, Bartholomæo, abbati monast. s. Bonæ de Vidorio, O. S. B., Ceneten. di., munus benedictionis impendit, recipiens ab eo fidelitatis juramentum (hic insertum), et de his scribit Papæ. Datum Venetiis, in palatio Gradensis patriarchatus, dicto die dominico viii mensis novembris 1327, ind. xi^a^. (*Originale pergamenum et parvum*; n. 27.)

Datum *Avenione* *16 nov. 1327,* (xvi kal. dec. anno XII°).

42390. — Joannes Papa XXII indulgetur *Arnaldo, ep.o Ilerden.*, ut loca et personas ecclesiasticas suarum civit. et di. per alium visitare valeat usque ad unum annum et procurationes recipere. (*De curia*; *originale pergamenum*; n. 28.)

Ut s.

42391. — Joannes Papa XXII idem indulgetur *Joanni, archiep.o Toletano*. (*Duo exemplaria*; *de curia*; *originalia pergamena*; n. 30 et 30 *bis*.)

Ut s.

42392. — Joannes Papa XXII mandat *Mimaten. et Cavallicen. præpositis, ac præcentori Autisiodoren.* ut Arnaldo, ep.o Ilerdensi, integraliter exhiberi faciant procurationes ratione visitationis sibi debitas, licet per alium loca ecclesiastica suarum civit. et di. visitare fecerit, prout ipsi Papa indulsit ad unum annum (iv non. præsentis nov.). (*De curia*; *originale pergamenum*; n. 28 *bis*.)

Ut s.

42393. — Alterum exemplar ejusdem mandati. (*De curia*; *originale pergamenum*; n. 29.)

Datum *Avenione* *18 nov. 1327,* (xiv kal. dec. anno XII°)

42394. — Joannes Papa XXII indulgetur *Eximino, archiep.o Terraconen.*, ut loca ecclesiastica suarum civit. et di. per alium visitare valeat, ad unum annum, et procurationes recipere. (*De curia*; *originale pergamenum*; n. 33).

Ut s.

42395. — Joannes Papa XXII mandat *Mimaten. et Sistaricen. præpositis, ac præcentori Autisiodoren.* ut Eximino, archiep.o Terraconen., integraliter exhiberi faciant procurationes, ratione visitationis sibi debitas, licet per alium loca ecclesiastica suarum civit. et di. visitare fecerit, prout ipsi Papa ad unum annum indulsit. (*De curia*; *originale pergamenum*; n. 31).

Ut s.

42396. — Joannes Papa XXII mandat idem *prædictis executoribus* pro Joanne, archiep.o Toletano. (*De curia*; *originale pergamenum*; n. 32.)

Datum *Avenione* *30 dec. 1327.* (iii kal. jan. anno XII°).

42397. — Joannes Papa XXII concedit securum conductum *Joanni Bertrandi, can. eccl. Haentensis monasterii, Lemovicen. di., A. S. nuntio.* (*De curia*; *originale pergamenum*; n. 35).

Ut s.

42398. — Joannes Papa XXII concedit *prædicto nuntio* facultatem exigendi residua fructuum primi anni beneficiorum vacantium et usque ad unum annum vacaturorum in civitatibus, di. et provinciis Magdeburgen. et Maguntin. (*Originale pergamenum*; n. 36.)

16 apr. 1328.

42399. — *Stephanus Alberti*, judex ordinarius Tolosæ, recepit litteras Caroli R. F. et N. (20 maii 1327) quibus mag. Berengarius Cotarelli instituitur judex Lauraguesii. (*Apographon pergamenum et parvum*; n. 13.)

Datum *Avenione* *19 aug. 1328.* (xiv kal. sept. anno XII°)

42400. — Joannes Papa XXII *Berengario Galhardi, mon. ord. Cisterc., eleemosynario suo, et Petro Natalis, rectori eccl. s. Petri de Milhono, Carcassonen. di.*, concedit facultatem exigendi ab archiep.o Viennen. ejusque suffraganeis pecunias collectas de decimis sexennali et triennali dudum impositis, ac de fructibus benef. vacantium et usque ad certum tempus vacaturorum. (*De curia*; *originale pergamenum*; n. 19.)

18 maii 1329, Ind. XII[a].

42401. — Copia litterarum Papæ missarum communi Nursiæ, directa *Joanni de Amelio, rectori ducatus Spoletani,* kal. dec. a. XII, super restitutione castri Montis s. Martini, Spoletan. di., a dicto communi occupati. (*Pergamen parvum;* n. 34.)

II

Instrumenta miscellanea Vaticana quæ in capsula, dicta vicesima tertia, anni 1328 reperiuntur.

26 jan. 1328.

42402. — *Monaldus de Castrotino, PP. cap., et commissarius ad recuperandum bona Garsiæ Arnaldi, quond. ep.i Aquen., a S. A. deputatus,* mandat guardiano fratrum Minorum, priori de Carmelo de Aquis et aliis ut compellant Oliverium de Ingham, Vasconiæ, et Raimundum Durandi, Landarum senescallos, ut restituant 3000 lib. burdegalen. et 5000 l. t. quas una cum aliis bonis ejusdem ep.i, 40000 l. t. valentibus, detinent, nec requisiti volunt reddere. Datum, die martis 1328 in crastino festi conversionis sancti Pauli. (*Originale pergamenum strictum, sed longum, cujus pars inferior cæsa est vittis ex quibus pendebant sigilla ceræ rubeæ et nigræ;* n. 1.)

14 feb. 1328, Ind. XI[a].

42403. — Inquisitio habita de mandato Papæ super visitatione di. Lincopensis, in regno Swetiæ constitutæ, quæ adeo diffusa et distincta est insulis maris et locis paludosis ac nemorosis, ut ad quædam loca ejusdem accessus non pateat, nisi certis anni temporibus; item de redditibus ecclesiasticis qui sunt adeo tenues ut rectores ecclesiarum ad solvendas procurationes episcopales sunt insufficientes. Quare de consuetudine dicta di. visitatur per præp., decanum et archid. Lincopen.; sed b. m. Laurentius, ep.us Lincopen., a dicta consuetudine recessit in rectorum eorumdem grave dispendium, et Carolus, nunc ep.us, dicta consuetudine uti licite petiit. (*Originale pergamenum VIII membranis longis et disjunctis constans;* n. 2.)

Datum *Avenione* *20 feb. 1328,* (x kal. mart. anno XII°)

42404. — Joannes Papa XXII mandat *Petro Maynadæ, thesaur. ducatus Spoletani,* ut vicerectori Marchiæ Anconitanæ, pecuniario subsidio pro negotiis dictæ Marchiæ indigenti, omnes pecunias, quas commode poterit, quantocitius mittere non postponat. (*Originale pergamenum;* n. 2 *bis.*)

18 mart. 1328, ind. XI et *29 mart. 1329.*

42405. — *Joannes de Amelio, rector ducatus Spoletani,* recepit a thesaurario ejusd. ducatus salarium suum de mense febr. 1324 ad mensem præsentis martii 1328. — *Idem* recepit salarium usque ad mensem febr. proxime præteriti; computatis IV flor. singulis diebus. Datum 29 mart. 1329, ind. XII[a]. (*Originale pergamenum et longum;* n. 5.)

29 mart.-4 apr. 1328, Ind. XI[a].

42406. — Die 29 martii, *Geraldus de Valle, Campaniæ Maritimæque rector,* tradit procuratori thesaurarii Marchiæ Anconitanæ 1000 unc. in cariolensibus argenti de decimali pecunia in regno Siciliæ recollecta. — Item die 4 aprilis, *idem rector* tradit præfato procuratori 500 unc. in cariolensibus arg. de prædicta pecunia. (*Originale pergamenum;* n. 6.)

Datum *Avenione* *13* (id.) *apr. 1328*, (anno XII°).

42407. — Joannes PP. XXII mandat *archiep.o Viennen. ejusque suffraganeis et aliis personis ecclesiasticis civit., di. et provinciæ Viennen.* ut solvant fructus unius anni omnium beneficiorum vacantium et usque ad unum annum vacaturorum, cameræ apost. applicandos pro necessitatibus E. R. (*De curia; originale pergamenum*; n. 7.)

16 apr. 1328.

42408. — *Berenguarius Cotarelli, judex Lauraguesii*, constituit generales procuratores in omnibus et singulis causis suis et ubicumque. (*Originale pergamenum*; n. 8.)

Ut s.

42409. — *Stephanus Alberti, licentiatus in legibus, judex ordinarius Tolosæ, custosque sigilli senescalli et vicarii Tolosæ*, publicat litteram Beraudi, d.ni de Solempniaco, senescalli Tolosæ et Albien. d.ni F. et N. R., qua Berengarius Cotarelli, baccalarius in legibus, fit judex Lauraguesii loco d.ni Joannis de Tornamira debilitate, senectute et infirmitate gravati. (*Originale pergamenum et parvum*; n. 9.)

21 et 25 apr. 1328, ind. XI[a], Joannis XXII anno XII°.

42410. — Instrum. quo *Fulco de Popia, vicerector Marchiæ Anconitanæ*, constituit procuratorem ad recipiendum 3000 flor. auri a Petro Maynade, thesaurario generali ducatus Spoletani. — Item, instrum. quo constat *Raymundum de Solerio, Caturcen.di., familiarem et procuratorem dicti Fulconis*, recepisse ab eodem thesaurario 1500 flor. auri. (*Originale pergamenum et longum*; n. 10.)

Datum et actum *Bisuntii*, *20 maii 1328*, (Die veneris ante festum Penthecostes).

42411. — *Officialis curiæ Bisuntinæ* testificat Guidonem Mathioni de Metis, clericum, publicum auct. imperiali notarium, recepisse a Petro de Vivariis, can. Vivariensi, S. A. nuncio, 15 flor. auri pro salario plurium instrumentorum pro facto Papæ in civitate Bisuntina confectorum. (*Orig. perg. parvum cum vestigiis cerei sigilli*; n. 12.)

Datum *Avenione* *23 maii 1328*, (x kal. jun. anno XII).

42412. — Joannes Papa XXII mandat *archipr. de Cornate, Mediolanen. di., et Guillelmo de Pusterla ac Ambrosio de La Mairola, can. Mediolanensis eccl.*, ut Gasperolo quond. Amizoli Tancii de Arosio, pauperi clerico Mediolanen.di., provideant de beneficio sæculari c. c. vel s. c., pertin. ad collationem præp. et capituli eccl. s. Joannis de Pontirolo, dictæ di., in civit. vel di. Mediolanen. vacante aut vacaturo. — In margine pergamenis scribitur : « *Bene legit et construit. Competenter cantat* », et dorso ejusdem : « *Liber receptorum et expensarum... [m]ei Michaelis Ricomanni, cler. camere d.ni Pape* » ; (n. 13.)

Die (sic) *maii. 1328.*

42413. — *D.nus Guarinus de Spinallo, prior eccl. s. Remigii*, appellat a quadam sententia Guillelmi de Solellarcio, judicis Arelaten., qui revocaverat præconisationem bajuli villæ s. Remigii, qua statutum erat quod quicumque tenet hospitium sub dominio eccl. s. Remigii, in furno dictæ eccl. panem suum decoquat. (*Originale pergamenum*; n. 13[a].)

Datum *Avenione* *6* (VIII id.) *jun. 1328*, (anno XII°).

42414. — Processus habiti per Pontificem contra *Michaelem de Cesena, olim O. F. M. generalem ministrum, quemdam Anglicum vocatum Guillelmum Okam et Bonagratiam de Pergamo, fratres ejusd. ordinis.* « *Dudum ad nostri...* ». (*De curia; originale pergamenum et magnum*; n. 14.)

Datum *Avenione* *14 jul. 1328*, ind. XI[a], Joannis XXII anno XII°.

42415. — *Petrus, ep.us Portuen. et s. Rufinæ, collegii card. camerarius*, quittat camerarium et thesaur. Papæ de 8.000 unciarum auri eidem collegio traditis pro parte census regni Siciliæ. (*Originale pergamenum et parvum*; n. 16.)

14 jul. 1328.

42416. — *Ludovicus, Romanorum imperator*, assumit Joannem de Genduno in secretarium et famil. suum. Datum Romæ apud s. Petrum 14 jul. 1328, regni sui a. XIV, imperii vero primo. (*Orig. perg.* n. 17; *Neues Archiv*, t. XXV (1899), p. 749.)

1 aug. 1328, ind. XI[a].

42417. — Socii societatis *Bardorum, de Florentia*, constituunt plures procuratores in quibuslibet causis tam in romana curia quam alibi. (*Originale pergamenum*; n. 18.)

7 aug. 1328.

42418. — Publicatio processus contra *Michaelem de Cesena* in eccl. s. Francisci de Assisio. (*Originale pergamenum et parvum*; n. 19.)

7 aug. 1328. — 42419. — Publicatio ejusd. processus in eccl. loci fratrum Minorum de Mevania, provinciæ b. Francisci. (*Originale pergamenum*; n. 20.)

Die dominica 7 aug. 1328. — 42420. — Publicatio ejusdem processus in eccl. loci fratrum Minorum in Montefalcone, Spoletan.di. (*Originale pergamenum*; n. 21.)

10 aug. 1328, ind. XI. — 42421. — Publicatio ejusdem processus in eccl. s. Claræ de Assisio. (*Originale pergamenum*; n. 22.)

14 aug. 1328. — 42422. — Publicatio ejusdem processus in eccl. S. M. Angelorum de comitatu Assisio. (*Originale pergamenum, strictum, sed longum*; n. 23.)

Ut s. — 42423. — Publicatio ejusdem processus in eccl. fratrum Minorum de Spoleto. (*Originale pergamenum*; n. 25.)

Ut s. — 42424. — Publicatio ejusdem processus in eccl. fratrum Minorum de Fano. (*Originale pergamenum, longum, sed strictum*; n. 26.)

Die dominico 14 aug. 1328, ind. XI. — 42425. — In ecclesia loci fratrum Minorum de Trevio, provinciæ b. Francisci, publicantur processus contra *Michaelem de Cesena*, *Bonagratiam ac Guillelmum Occham, anglicum*. (*Originale pergamenum*; n. 24.)

Die dominico 21 aug. 1328, ind. XI. — 42426. — In eccl. s. Crispoliti de Binctonio, ubi sunt fratres minores, publicantur iidem processus. (*Originale pergamenum, longum, sed strictum*; n. 28.)

Bononiæ, 27 aug. 1328, ind. XI[a], Joannis XXII anno XII. — 42427. — *Bertrandus, Ostien. et Velletren. ep.us, A. S. legatus*, recipit a sociis societatis Bardorum de Florentia 15.000 flor. auri ex parte camerarii et thesaur. Papæ. (*Originale pergamenum*; n. 29.)

29 aug. 1328, ind. XI[a]. — 42428. — Processus contra fratres *Michaelem de Cesena*, *Bonagratiam de Pergamo et Guillelmum de Occham, O. F. M.*, publicantur in eccl. s. Andreæ de Spello, loci fratrum Minorum. (*Originale pergamenum, longum, sed strictum*; n. 30.)

2 sept. 1328, pontificatus Joannis Papæ XXII anno XII°. — 42429. — Instrum. continens rationem redditam a Raymundo Tolosæ, rectore eccl. de Bracon, Albien.di., olim civitatis Beneventanæ thesaurario, ex commissione apostolica (x kal. maii anno XI°), abbati monast. s. Sophiæ Beneventan., vicerectori, et Petro Laurentii, cler. Ruthen. di., thesaurario Beneventan. (*Orig. perg.*; n. 31.)

III

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli anni duodecimi pontificatus Joannis XXII prout in armariis ejusdem archivii jacent [1].

Datum *Avenione 15 feb. 1328.* (xv kal.mart. anno XII). — 42430. — Prorogatio usque ad annum, a xiii kal. martii proxime futuri computandum, reservationis fructuum beneficiorum c. c. vel s. c. apud S. A. vacantium et annatarum eorumdem. (*Armario C*, n. 368 *et* 369 (Armario C, fasc. 34, n. 3 et 4); *de curia*; *pergamen.*)

1. Novissime alteri numerationi instrumentorum Archivii Sancti Angeli scriptores Vaticani laboraverunt. Intra parenthesim antiqua numeratio adinvenietur.

3 mart. 1328.

42431. — Inquisitio habita per Bertrandum, archiep.um Ebredunen., et Bartholomæum, ep.um Forojulien., de mand. Papæ, in hospitio archiep.i Ebredunensis contra Jacobum, Castellan. ep.um, qui adhæserat Ludovico de Bavaria contra S. A. (*Armario C*, n. 939; *originale pergamenum duabus petiis insimul sutis constans*; *Neues Archiv*, t. XXV (1899), p. 744-749.)

Datum *Avenione* *12* (iv id.) *mart. 1328.* (anno XII°).

42432. — Joannes Papa XXII iterato citat omnes illos de Lombardiæ superioris et Marchiæ Januen. partibus qui florenos auri secundum formam, signa et cunium monetarum quæ in civitate Florentin., a tempore cujus non extat memoria, fabricari consueverunt, (prima citatio facta fuit anno IX, VI kal. dec.), ut infra 3 menses coram ipso compareant, ostensuri jus, si quod habent ad cudendam dictam monetam. (*Armario C*, n. 211 (Armario C, fasc. 19, divisione 1, n. 4); *de curia*; *pergamen cum bulla plumbea e filis sericis, flavis et rubeis pendente.*)

Datum *Avenione* *1* (kal.) *apr. 1328.* (anno XII°).

42433. — Processus et citatio contra *Castrucium Geri de Anterminellis* qui, civitate Lucana occupata, thesaurum E. R. in sacristiam eccl. s. Afrodiani Lucan. ex civitate Perusina de mandato Clementis Papæ V translatum asportavit, et inhibuit ne in eadem civitate processus contra Ludovicum Bavarum publicarentur. (*Armario C*, n. 1064 (Armario C, fasc. 71, n. 2); *de curia*; *pergamen.*)

6 (viii id.) *apr. 1328,* ind. XI.

42434. — Instrumentum quo patet fratres *O. P.*, *O. M.*, *O. S. A.*, *O. Carmelitarum civit. et di. Colonien* publicasse processus contra Ludovicum Bavarum. (*Armario C*, n. 761 (Armario C, fasc. 53, n. 16); *perg. cui appendent adhuc duo sigilla cerea.*)

Datum *Avenione* *20 jun. 1328.* (xii kal. jul. anno XII).

42435. — Statuit papa quod presbyter celebrans dicat post *Pater noster* in missis psalmum *Lætatus sum* etc., cum versiculis et II orationibus scilicet « *Ecclesiæ tuæ* » etc., et « *hostium nostrorum* » etc.; concedit insuper omnibus tam celebrantibus quam audientibus xx dies indulgentiarum. (*Armario C*, n. 131 (Armario C, fasc. 9, n. 4); *de curia*; *pergamen*; Raynaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1328, § XLVII.)

10 aug. 1328, ind. XI.

42436. — Instrum. publicationis processuum contra Michaelem de Cesena, Bonagratiam de Pergamo et Joannem de Genduno in ecclesia s. Francisci de Visso. (*Armario* C, n. 964 (Armario C, fasc. 63, n. 10); *pergamen longum, sed strictum.*)

Die dominica (*sic*) *15 aug. 1328,* ind. XI[a].

42437. — Instrumentum publicationis dictorum processuum in ecclesia S. M. loci F. O. M. de Ocosio. (*Armario C*, n. 960 (Armario C, fasc. 63, n. 7); *pergamen longum, sed strictum.*)

15 aug. 1328, ind. XI.

42438. — Instrumentum publicationis dictorum processuum in loco Capricornii O. F. M. Eugubin. (*Armario C*, n. 971 (Armario C, fasc. 63, n. 15); *pergamen parvum.*)

21 aug. 1328, ind. XI.

42439. — Item in ecclesia s. Augustini, loci fratrum eremitarum de Eugubio. (*Armario C*, n. 988 (Armario C, fasc. 63, n. 2); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s.

42440. — Item in ecclesia s. Francisci de Assisio. (*Armario C*, n. 972 (Armario C, fasc. 63, n. 16c); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s.

42441. — Item in ecclesia B. M. de castro Montisflasconis. (*Armario C*, n. 981 (Armario C, fasc. 63, n. 28); *pergamen longum, sed strictum, aliquantulum corrosum.*)

Die dominica *21 aug. 1328,* ind. XI.

42442. — Item in ecclesia Fulginatensi. (*Armario C*, n. 976 (Armario C, fasc. 63, n. 19); *pergamen longum, sed strictum*).

Ut s.

42443. — Item in ecclesia majori Spoletana. (*Armario C*, n. 979 (Armario C, fasc. 63, n. 23); *pergamen parvum.*)

Ut s.

42444. — Item in ecclesia s. Martini O. P. Eugubin. (*Armario C*, n. 989 (Armario C, fasc. 63, n. 1); *pergamen.*)

Ut s.

42445. — Item in ecclesia cathedrali s. Ruphini Assisinaten. (*Armario C*, n. 955 (Armario C, fasc. 63, n. 4); *pergamen.*)

Die dominico 21 aug. 1328, ind. XI-*28 aug.* 42446. — Item in ecclesia O. F. M. castri Fractæ filiorum Uberti, Eugubin. di. — Item in eccl. canonicæ dicti castri. — Item, die 28 augusti, in ecclesia O. F. P. in civitate Eugubina. (*Armario C*, n. 953 (Armario C, fasc. 63, n. 2[a]); *pergamen*).

25 aug. 1328, ind. XI. 42447. — Item in eccl. loci F. O. M. de Fracta filiorum Uberti, Eugubin. di. (*Armario C*, n. 957 (Armario C, fasc. 63, n. 6[a]); *pergamen parvum, et strictum.*)

Ut s. 42448. — Item in ecclesia s. Angeli de Mevania. (*Armario C*, n. 965 (Armario C, fasc. 63, n. 11); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s. 42449. — Item in eccl. s. Andreæ de Spello. (*Armario C*, n. 967 (Armario C, fasc. 63, n. 13); *pergamen parvum.*)

Ut s. 42450. — Item in ecclesia O. F. P. loci Spoleti. (*Armario C*, n. 990 (Armario C, fasc. 63, n. 29); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s. 42451. — Item in ecclesia O. F. M. Spoleti. (*Armario C*, n. 968 (Armario C, fasc. 63, n. 14); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s. 42452. — Item in ecclesia s. Claræ civitatis Assisii. (*Armario C*, n. 982 (Armario C, fasc. 63, n. 16 [b]); *pergamen longum, sed strictum.*)

Die jovis 25 aug. 1328, ind. XI, *in festo s. Bartholomæi.* 42453. — Item in eccl. s. Silvestri, S. M. de Laurentio, s. Vincentii et S. M. de Pisulis, terræ Mevaniæ, Spoletanæ di. (*Armario C*, n. 962 (Armario C, fasc. 63, n. 9); *pergamen.*)

Ut s. 42454. — Item in eccl. s. Laurentii de Spello. (*Armario C*, n. 977 (Armario C, fasc. 63, n. 20); *pergamen parvum.*)

Ut s. 42455. — Item in loco O. F. M. de Fulgineo. (*Armario C*, n. 970 (Armario C, fasc. 63, n. 15 [a]); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s. 42456. — Item in ecclesia S. M. foris portam de Fulgineo. (*Armario C*, n. 973 (Armario C, fasc. 63, n. 17); *pergamen longum, sed strictum.*)

25-28 aug. 1328, ind. XI[a]. 42457. — Item in majori Eugubin., in eccl. monast. S. M. de Alfiolo Eugubin. di., in ecclesia monasterii s. Petri de Eugubio, in ecclesia monasterii s. Verecundi Inpissis, ejusdem diœcesis. (*Armario C*, n. 954 (Armario C, fasc. 63, n. 3 [a]); *pergamen longum.*)

26 aug. 1328, ind. XI. 42458. — Item in castro Trevii. (*Armario C*, n. 975 (Armario C, fasc. 63, n. 16); *pergamen longum, sed strictum, aliquantulum illegibile.*)

28 aug. 1328, ind. XI. 42459. — Item in ecclesia S. M. Angelorum civitatis Assisinatensis. (*Armario C*, n. 980 (Armario C, fasc. 63, n. 16 [a]); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s. 42460. — Item in ecclesia s. Francisci O. F. M. de Nuceria. (*Armario C*, n. 956 (Armario C, fasc. 63, n. 5); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s. 42461. — Item in ecclesia F. O. M. de Montone, Castellan. di. (*Armario C*, n. 959 (Armario C, fasc. 63, n. 7 [a]); *pergamen parvum.*)

Ut s. 42462. — Item in ecclesia s. Severini de Spello. (*Armario C*, n. 961 (Armario C, fasc. 63, n. 8); *pergamen parvum.*)

Ut s. 42463. — Item in ecclesia monasterii s.s. Bartholomæi de Petrorio et Donati de Pulpiano, Eugubin. di. (*Armario C*, n. 963 (Armario C, fasc. 63, n. 10 [b]); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s. 42464. — Item in loco F. O. M. terræ Gualdi, Nucerin. di. (*Armario C*, n. 966 (Armario C, fasc. 63, n. 12); *pergamen parvum.*)

Ut s. 42465. — Item in ecclesia s. Nicolai ord. Eremitarum civitatis Spoletanæ. (*Armario C*, n. 986 (Armario C, fasc. 63, n. 10 [a]); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s. 42466. — Item in eccl. s. Francisci de Visso. (*Armario C*, n. 987 (Armario C, fasc. 63, n. 21); *pergamen longum, sed strictum.*)

Die dominico 28 aug. 1328, ind. XI.

42467. — Item in ecclesia O. F. M. Burgi Cerreti. (*Armario C*, n. 983 (Armario C, fasc. 63, n. 21 [c]); *pergamen parvum.*)

Ut s.

42468. — Item in ecclesia F. O. M. de Valle. (*Armario C*, n. 978 (Armario C, fasc. 63, n. 21 [b]); *pergamen longum, sed strictum.*)

Die dominica 28 aug., ind. XI [*1328*].

42469. — Item in ecclesia S. M. de Visso. (*Armario C*, n. 969 (Armario C, fasc. 63, n. 14 [a]); *pergamen.*)

29 exeunte augusto 1328, ind. XI.

42470. — Item in loco O. F. M. Interamnen. (*Armario C*, n. 984 (Armario C, fasc. 63, n. 25); *pergamen parvum.*)

30 (die penultima) *aug. 1328*, ind. XI.

42471. — Item in ecclesia O. F. M. de Struncone. (*Armario C*, n. 985 (Armario C, fasc. 63, n. 27); *pergamen parvum.*)

1 sept. 1328, ind. XI.

42472. — Item in capitulo loci F. O. M. de Narnia. (*Armario C*, n. 952 (Armario C, fasc. 63, n. 1); *pergamen longum, sed strictum.*)

2 sept. 1328, ind. XI.

42473. — Item in capitulo loci F. O. M. de Amelia. (*Armario C*, n. 991 (Armario C, fasc. 63, n. 22); *pergamen longum, sed strictum.*)

4 sept. 1328, ind. XI.

42474. — Item in ecclesia s. Francisci de Monteregali. (*Armario C*, n. 992 (Armario C, fasc. 63, n. 3); *pergamen longum, sed strictum.*)

Die dominica 4 sept. 1328, ind. XI.

42745. — Item in ecclesia s. Crispoliti O. F. M. de Bictonio. (*Armario C*, n. 974 (Armario C, fasc. 63, n. 18); *pergamen longum, sed strictum.*)

Ut s.

42476. — Item in ecclesia O. F. M. de Cassia. (*Armario C*, n. 993 (Armario C, fasc. 63, n. 21 [a]); *pergamen longum, sed strictum.*)

IV

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli annorum 1327 et 1328 prout in inventario Garampiano jacent [1].

Cæsaraugustæ 11 (III id.) *sept. 1327.*

V **42477.** — Exemplum instrumenti quo *Alphonsus, primogenitus Jacobi regis Aragonum*, mandat procuratori Valentiæ statutum de pignoribus factis occasione adempriuorum concessorum civitati Valentiæ. (*Armario XXXV*, t. 10, f. 168 [a].)

30 sept. 1327.

42478. — *Roberti Siciliæ regis* epistula ad Geraldum de Valle, nuntium apost. in regno Siciliæ citra Farum et rectorem Campaniæ et Maritimæ, de invasione terræ n. v. Joannis de Columna de Genasano facta a vicario prædicti rectoris. (*Instrum.*)

Datum *Avenione 23 oct. 1327.* (x kal. nov. a° XII°).

V **42479.** — Bulla Joannis XXII de proprietate fratrum Minorum « *Dudum volentes.* » (*Armario XXXI*, t. 42, f. 75 [a]; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 331, n. 682; Raynaldi, *Annales ecclesiastici, ad annum* 1327, § XX-XXVII.

Ut s.

V **42480.** — Bulla Joannis XXII contra errores Joannis de Janduno et Marsilii Patavini. (*Ibid.*, p. 67 [a]; *apographon mandatum Francisco, episcopo Florentino; sequitur*

1. Tantummodo reperitur instrumentum cui præponitur littera V.

responsum datum ab eodem episcopo super postilla Petri Joannis Olivi (f. 86 [b]; Raynaldi, *ad annum* 1327, § XXVII-XXXVI.)

Toleti, 9 (VII id.) *mart. 1328.* — [v] **42481**. — Apographon procuratorii instrumenti *Alphonsi, regis Castellæ*, quo mittit nuntios ad Joannem XXII pro petendo subsidio contra Sarracenos. (*Armario XXXV*, t. 6, f. 453 [b].)

Ut s. — [v] **42482**. — Litteræ *ejusdem regis* notificantes dictum instrumentum. (*Armario XXXV*, t. 4, f. 208 [a].)

Romæ, 27 mart. 1328. — [v] **42483**. — Exemplum privilegii per imperatorem Ludovicum concessi de quibusdam castris comitibus Montisferetri. (*Armario LX*, t. 21, p. 3; Theiner, *Codex diplomaticus*, t. I, p. 553, doc. DCCXXVI.)

Ut s. — [v] **42484**. — Similis concessio cum castro Galliano et villa s. Andreæ facta est communi Urbini. (*Armario LX*, t. 21, p. 4; Theiner, *ut s.*, p. 554, doc. DCCXXVII.)

29 mart. 1328. — [v] **42485**. — Renovatio privilegiorum facta comitibus Montisferetri ab eodem Ludovico. (*Armario LX*, t. 21, p. 6; Theiner, *ut s.*, p. 555, doc. DCCXXVIII.)

13 (id.) *apr. 1328.* (anno XII°). — **42486**. — Joannis XXII epistula ad *Eugubinos* ut obediant rectori ducatus pro expellendo Ludovico Bavaro in Patrimonio B. Petri in Tuscia (*Adversari*, t. 1, p. 162 [b].)

27 apr. 1328. — **42487**. — Epistula occulta Joannis XXII ad *legatum Lombardiæ* de iis quæ Guido de Corrigia ipsi locutus fuerat super materia Canis. — Item de electione imperatoris. — Item de custodiendis Alexandria et Terdona civitatibus (*Instrum.*)

29 apr. 1328. — **42488**. — Commendatitia epistula Joannis XXII ad *capitulum generale Bononiense O. M.* pro fratre Helia, ministro Aquitaniæ, super reformatione ordinis. (*Instrum.*)

Datum *Romæ*, apud *s. Petrum*, *1 maii*, ind. XI, anno Domini *1328*, regni sui anno XIV°, Imperii vero primo. — [v] **42489**. — *Ludovicus, Romanorum imperator,* constituit Joannem de Genduno, Remensis di., sacræ theologiæ doctorem, consiliarium suum, in episcopum eccl. Ferrariensis. (*Armario XV, capsa VI*, n. 51; Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 375, n. 1004; Theiner, *Codex diplomaticus*, t. I, p. 556, n. DCCXXIX.)

3 maii 1328. — **42490**. — Epistula occulta Joannis XXII ad *legatum Lombardiæ* de facto Paduanorum et de ordinando rectore Campaniæ. (*Instrum.*)

27 maii 1328. — **42491**. — Mandatum de capiendo Michaelem de Cesena, mag. generalem O. F. M., fratrem Bonagratiam et fr. Guillelmum Okam Anglicum, qui ad Bavarum se contulerunt. (*Instrum.*)

Ut s. — **42492**. — Mandatum substituendi successorem marescallo Marchiæ Anconitanæ. (*Instrum.*)

6, 8, 13, 29 jun. 1328. — **42493**. — Joannis XXII bulla adversus *Michaelem de Cesena, olim generalem O. F. M., Bonagratiam et Guillelmum Ocham, ejusdem ord.*, tanquam hereticos et fautores Ludovici Bavari. (*Instrum.*)

16 jun. 1328. — **42494**. — Littera occulta Joannis XXII ad *legatum Lombardiæ* de custodiendis Alexandria et Terdona civitatibus. (*Instrum.*)

Ilerdæ, 22 jun. 1328, (x kal. jul.) — [v] **42495**. — *Alphonsi II, regis Aragonum,* statutum de clericis ad officia publica tabellionatus et alia non assumendis, de pœna laicis coronam clericalem deferentibus infligenda et illis qui super rebus ad jurisdictionem regiam pertinentibus judices adeunt ecclesiasticos in civitate, villa vel loco regni Valentiæ. (*Armario XXXV*, t. 10, f. 168 [b].)

Datum *Caranyene* 7 (VII id.) *aug. 1328.* — [v] **42496**. — *Alphonsi II, regis Aragonum,* statutum quod deferentes bladum vel victualia ad civitatem Valentiæ non possint capi, nisi sint principales debitores aut malefactores. (*Armario XXXV*, t. 10, p. 169 [b].)

1328. **42497**. — Portugalliæ collectoris epistula ad Papam de negotio decimæ, de occupatione bonorum Templariorum facta a rege Portugalliæ; item de bello adversus Saracenos quod ipse rex simulat ut possit retinere decimam Terræ Sanctæ. (*Instrum.*)

V

Excerpta e bullario generali ab Alexandro III usque ad Clementem VI in camera præfecti Archiviorum Vaticanorum sito.

Datum *Avenione* *31 dec. 1327* (II kal. jan.)

42498. — *Ep.o Caturcen., et Montispensati Caturcen. ac Dunen. Carnoten. archid.is ecclesiarum* mand. ut faciant exhiberi mag. Armando de Narcesyo, decano ecclesiæ s. Stephani de Tescone, Montisalban. di., Papæ cap. et ord. hospitalis s. Joannis Jerosolimitani consiliario, pensionem 100 florenorum ei concessam per Helionem de Villanova, mag., et conv. ejusdem hospitalis in « assembleya » generali apud Montempessulanum, Magalonen. di., congregatos. (T. I, n. 62; *cum sigillo plumbeo.*)

VI

Nicolai V, antipapæ, vulgo dicti Petri de Corbaria, litteræ ex unico regestro Vaticano desumptæ [1].

Datum *Romæ* *18 maii 1328* (XV kal. jun.)

42499. — *Bonifacio, sanctæ romanæ ecclesiæ episcopo cardinali,* committuntur cura, administratio, correctio, institutio et destitutio totius ordinis fratrum Prædicatorum, tam in capite quam in membris, in fratribus sive sororibus, generaliter ac specialiter. (*V.* 118, f. Ia, ep. 49 et 50.)

Ut s. **42500**. — *Jacobo, ep.o Ostien. et Velletren.*, confertur administratio ecclesiæ Montisregalis vacantis per privationem et depositionem Napoleonis de Romandia, olim in archiep.um ejusdem eccl. electi, vigore sententiæ generalis et specialis decretæ

1. Jam pluribus annis antea R. P. C. Eubel analysim omnium dictarum litterarum prelio dedit; cfr. *Der Registerband des Gegenpapstes Nikolaus V* in *Archivalische Zeitschrift, neue Folge*, t. IV (1893), p. 123-212.

contra omnes et singulos contemnentes Ecclesiæ mandata. — In e. m. archid., capitulo et universo clero dictæ diœcesis. (*V.* 118, ep. 274 et 275.)

Datum *Romæ* *19 maii 1328* (XIV kal. jun.)

42501. — *Eidem* prov. canon. et præb. eccl. Pisanæ, per privationem et amotionem Francisci Landulphi de Urbe, inobedientis et rebellis. — In e. m. Petro tit. s. Petri ad vincula presb. card., et s. Savini de Montione ac ss. apostolorum, Pisanæ di., monasteriorum abbatibus. (*V.* 118, ep. 494 et 495.)

Ut s.

42502. — *Orlando Albzini, de Civitate Castelli, mon. monasterii s. Floræ de Aretio, O. S. B.,* ad quod transivit ex ordine fratrum Eremitarum s. Augustini (cujus erat professus) metu mortis, facultas locum in choro et vocem in capitulo habendi, curam animarum gerendi, prælaturas sui ordinis obtinendi et extra ordinem quæcumque benef. ecclesiastica, seu dignitates, etiam episcopales, adipiscendi. (*V.* 118, ep. 625.)

Ut s.

42503. — *Joanni Lucæ Gysii Superarii, de Urbe,* prov. canon. et præb. vacantis vel vacaturæ eccl. s. Chrysogoni in Transtiberim. — In e. m. mag. Andreæ de Felicibus, can. eccl. S. M. in Transtiberim, notario PP., et Thomasio, s. Nicolai de Funariis, ac Joanni, s. Salvatoris in Pensulis eccl. rectoribus, capellanis Papæ. (*V.* 118, ep. 287.)

Datum *Romæ,* apud *Sanctam Mariam* *20 maii 1328* (XIII kal. jun.)

42504. — *Paulo de Galganis, clerico,* prov. benef. in eccl. s. Jacobi in horreis de Urbe, non obst. quod post obitum Malæbranchæ de Galganis, ultimi beneficiati, dicta ecclesia, auctoritate Bonifacii Papæ VIII, mensæ abbatis et conv. monast. ss. Andreæ et Gregorii in clivo Scauri de eadem Urbe fuerit applicata; non obst. in ss. Vitalis de dicta Urbe et Cypriani de s. Cæsareo, Tusculan. di., canon. et præbendis. — In e. m. Petro Alexii, Lateranen., et Rizardo, principis Apostolorum de Urbe basilicarum canonicis. (*V.* 118, ep. 81 et 82.)

Datum *Romæ* *21 maii 1328* (XII kal. jun.)

42505. — *Bonifacio, S. R. E. ep.o card.,* confertur in commenda episcopatus Kyronensis, Cretensis metropolis. — In e. m. Joanni Arlotti, tit. s. Nicolai in carcere Tulliano diac. card., et præp. Chironen., ac Jacobo de Denariis, Creten. eccl. canonico. (*V.* 118, ep. 163 et 164; Eubel, n. 132, *sub falso dato.*)

Datum *Romæ,* apud *Sanctam Mariam de Ara Cœli* *24 maii 1328* (IX kal. jun.)

42506. — *Joanni, filio Frederici dicti Ratloch, de Babenberch, oppidani Montis cupri,* Bambergen. di., prov. sub exsp. præb. eccl. S. M. de Theurstat extra muros civitatis Bambenbergen., ad collat. decani et capituli dictæ ecclesiæ. — In e. m. cantori Bambergen., ac Vernhero dicto de Preitenech, ejusdem eccl. canonico. (*V.* 118, ep. 101 et 102.)

Ut s.

42507. — *Abbati et priori monast. in Lancherim, ord. Cistercien., Babenbergen. di.,* mand. ut Katerinam, filiam dicti Frederici, faciat recipi in monialem monast. monialium Cœli coronæ, ejusdem ordinis. (*V.* 118, ep. 103.)

Ut s.

42508. — *Henrico Frederici de Babenberch, clerico cameræ apostolicæ,* prov. canon., præb. et archidiaconatus eccl. Tudertinæ vacantium per obitum Raynaldi Carocis. — In e. m. abbati s. Pauli de Urbe, et priori s. Nicolai in via plana, Tudertin. di., monasteriorum, O. S. B., ac Joanni Sciarræ, can. eccl. Lateranensis. (*V.* 118, ep. 157 et 158.)

Ut s.

42509. — *Petrucio Pucii de Radicofano* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Anastasiæ de Urbe. — In e. m. Pandulpho de Buccamaziis, Catalaunen., et Francisco de Viterbio, eccl. S. M. Majoris de Urbe canonicis. (*V.* 118, ep. 193 et 194; Eubel, n. 7, *sub falso dato.*)

Ut s.

42510. — *Mag. Ulrico, Ludovici Romanorum imperatoris protonotario,* iterata prov. canon. et præb. Babenbergen. et præposituræ s. Stephani in Bambenberch s. c., quia, olim in subdiaconatus ordine constitutus, parochialem eccl. Preççat, Ratisbonen. di., canonice assecutus fuit et retinuit multis annis, fructus ex ea percipiendo atque ad ulteriores ordines se promoveri non curando; postea Talkirchen. et Ozzingen. paroch.

ecclesias, dictæ di., successive obtinuit et eas, priore dimissa, cum canon. et præb. veteris capellæ Ratisbonen. et parochiali eccl. Feulenbach, Augusten. di., cumulavit; demum post dimissionem prædictorum benef. parochialem ecclesiam Engebach, Ratisbonensis di., canon. et præb. Babenbergen. atque præposituram s. Stephani in Bambenbech s. c. tenuit quin ad ordines majores promotus fuisset. Fructus beneficiorum indebite perceptos ipsi Ulrico Papa remittit et ad quodlibet benef. obtinendum ipsum habilitat. (*V.* 118, ep. 248; Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 380, n. 1010.)

Datum *Romæ*, apud *S. M. de Ara Cœli*, *25 maii 1328.* (VIII kal. jun.)

42511. — *Petro tit. s. Petri ad Vincula presb. card.* mand. ut resignationem canon. Lateranensis, a Petro Ricardi de Anibaldis, et canon. eccl. s. Leonis prope septem solia de Urbe, a Thoma Jacobi de Cinthio, militis, faciendam accipiat et juxta permutationem eadem beneficia dictis Petro et Thomæ conferat. (*V.* 118, ep. 51.)

Ut s.

42512. — *Facio, can. Viterbiensis et rectori eccl. s. Silvestri Viterbiensis,* provisio prioratus eccl. s. Martini de Viterbio, per privationem et amotionem Jacobi de Partiis de Anagnia, rebellis, vacantis. — In e. m. s. Lucæ, s. Stephani et S. M. novæ eccl. Viterbiensis prioribus. (*V.* 118, ep. 114 et 115.)

Ut s.

